ur per
s quaʒ
per de-
is etiã
a pro-
re con-
det iu-
pendẽ
cat: ve
pprĩũ
q̃ lei-
ptimũ
on ha
leʒ qui
gladiũ
tranſi-
nia ex-
dat tu-
xpona
s ꝛ reli-
et ne ſe
ñ aucto
ibu ꝑpi
on cum
a aliqd
ꝛ in me
on ha-
ego cõ
m qua
ſi homi
s: quod
tis ꝛ di
nites q̃
iet: ꝛ ſi

Magiſtri S[...] do
ctoris Par[...] es
cum argum[...].

# Magiſtri Stephani Burlifer doctoris Pariſienſis Formalitates cum argumentationibus ad eas.

¶ Fratris Samuelis Caſſinenſis or.mi. prohemium in formalitates egregij do
ctoris Magiſtri Stephani Burlifer.

ETherels ſolibus atq; eſtu omni pene corpore recandēte (quod res ipſa
ferebat) menſe Julio: perreptabam omne vſq; ſuburbium ad pomeria
ciuitatis ad ortulos inuēiendorum tempe oportunorum gratia: Cūq;
me conuertiſſem ad id: quod Reuerendiſſimi. D. Hieronymi Lādriāi
Humiliatorum Generalis iunctum domui videbatur: concedamus huc inquam
ſocio meo: vt ſi forte detur vel compellare quem cupio: tum deambulantes inter vi
rides arbores: tum ſedentes in vmbra: diem producamus hunc pene totum: atq;
expendamus in laudem Domini Saluatoris: tractātes que religioſa hōeſtaq; ſunt
Concedamus inquit ſocius. Porte ergo preſto iam factus: vidi virum ſolū deam
bulantem ſecum: quem ſalutans: ſalue inquam mi. D. Reuerendiſſime. Saluum te
inquit aduenisſe gaudeo mi Samuel. Quid boni portas? Quidne hinc q̄ris? Ma
gnarum inq̄ rerum religio mater ſemper eſt auida: quia quo plus Deo proxima
haurit plurima: eo geſtit multo plura vel audire ab alijs vel accipere. Qui enim
bonus in ſe eſt: in alijs quoq; trāſfundere videtur quod ipſe eſt: dum ſuſpicatur in
alijs: quod in ſeipſo eſſe certo ſcit. Quapropter ſuſpicatur tua domiatio in me eſſe
quod in te eſt: boni aliquid magniq; de rebus arduis: quod tamen prope nihil eſt:
niſi quod tuum eſt. Tibi ergo aliquid ſedulo porto boni: quia te in me ad teipſum
deueho: oſtēto: reddo. Cumq; iſta amice proſequerer: & fidenter: affuit forte de iſpe
rato Stephanus theologus ordinis eiuſdem Domini: prepoſitus trinitatis ſubur
bij Comenſis porte vrbis Inſubrium: Atq; heus inquit ad Reuerendiſſimum. D.
ſuum: Si me tertium licuerit aſſore: quo impare numero potiar in amēitate ſermo
nis mutui viro digni: habebo gratiam. Ego vero inquit ac lubens admitto: atq; vo
lo. Sed tu Samuel velim nunc: ſi quid tuum vel quaſi tuum boni quippiam habes
in animo: illud digeras: diſſeras: afferas in medium. Quid inquam mi domine au
dire gliſcis magis? Quod tibi videtur inquit leuaturum animos noſtros opportu
nius hoc in tempore caloris accerrimi. Ego inquam nunc nuper diſcedens a cellu
la mea: vt huc me reciperem: offendi hunc libellum: quem inuolutum teneo mani
bus. Js formalitatum Stephani Burlifer ſm viam Scoti titulo prenotatur. In eo
multa ſunt laude digna: que cū cognouerit quis: aut elimatius penetrauerit inter
pretante aliquo: erit ad theologicos apices aſpectandos expeditior. Legam igitur
illum ſi placet: atq; eo pacto: vt argumentationibus impetatur accerrime: quo ma
gis veritas eluceat. Qui fieri inquit hoc tam breui tempore poterit? Breuis inq̄ li
bellus eſt hic: trium chartularum volumine continetur. Que vero mea fuerint in
iecta: ſtilo perniciore tuus antiquarius ānotabit. Jmo inquit Stephanus hoc meū
volo ſit officium: cuius & ſi caput iam multifariam reſpergunt cani: poſſumq; & ego
litterarum aliquid ſpuere: non execror tamen in me iugem ac ſedulum animū audi
endi quicq̄ noui licet ab impare: ſi doceat: quātominus ſi doctus: accuratus ſolers:
Cum tamen iſta dico occurrit illud Terentianum. Ha vereor coram in os te lau
dare: ne id aſſentandi magis eſtimes qui quod habeam gratum facere. Tu aſſenta
ri inq̄ nec vis nec potes. Sed ex tua intelligentia ſpectaſti meā: & tu me vis eſſe
quod es. Ago gratias & habeo. Auſcultate igitur queſo: & quorſum huius verba do
ctoris euadant peruidete.

# Egregij Doctoꝛis Pariſienſis atqꝫ Theologi celeberrimi Stephani cognomento Burlifer de ſacro oꝛdine minoꝝ Foꝛmalitates ſecundum viaȝ Scoti feliciter incipiūt.

Quaȝ multi pꝛo itroductione doctrine Scoti varia de diſtinctōibus ⁊ foꝛmalitatibus eiuſdem Doctoꝛis ſubtilis inconſona tamen ſuis dictis ſcripſerint: in qbus ſcholaſtici falſo eruditi a veritate nō modice ſūt aliēati: placuit ꝓ cōmūi ſtudere volētium vtilitate mentē doctoꝛis eiuſdē de ea re i hoc opuſculo oſtendere. ¶ Et pꝛimo quoꝛundam modꝰ dicendi pꝛemittetur. ¶ Secundo illius modi dicendi falſitates redarguentur. ¶ Et poſtremo veritas aperietur. ¶ Quantum autem ad pꝛimum aduertendum: qͦ ab aliquibus foꝛmalizantibus: Doctoꝛem ſubtilem (vt aſſerunt) ſequentibus: ponuntur ſeptem modi diſtinctionum: quoꝝ pꝛimus eſt diſtinctio rationis. ⁊c. ¶ In Boꝛbelo reliquos modos quere. ¶ Sed iſta opinio licet ſit multum cōmunis ⁊ famoſa apud multos ſcotiſtas: videtur tamen continere multa falſa: nec ſequitur Doctoꝛem ſubtilem: imo manifeſte aſſerit aliqua contra ipſum. ¶ Ideo hoc ſecundo loco arguo contra eam: ꝓbādo pꝛimo quod nulla ſit diſtinctio ex natura rei minoꝛ diſtinctione foꝛmali: Et qͦ diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum idemptitate foꝛmali: q: quecunqꝫ diſtinguuntur ex natura rei: diſtinguuntur foꝛmaliter: ⁊ econuerſo: ergo diſtinctio ex natura rei non ſtat cum idemptitate foꝛmali: nec eſt minoꝛ ipſa: conſequentia ē manifeſta: ⁊ antecedens quo ad ſecundam ſui ꝑtem cōceditur ab eis. ¶ Sed quo ad pꝛimam partē ꝓbaꝫ: q: quecunqꝫ diſtinguuntur ex natura rei dicunt aliam ⁊ aliam rationem foꝛmalem: Sed quecunqꝫ dicūt aliam ⁊ aliam rōnem foꝛmalē diſtinguūtur foꝛmaliter: ergo quecūqꝫ diſtinguunꝫ ex natura rei: diſtiguunꝫ foꝛmaliter. Minoꝛ ē euidēs: ⁊ maioꝛ ꝓbaꝫ diſcurrēdo ꝑ oia illa: que ipſi ponūt diſtingui ex natura rei ⁊ nō foꝛmaliter: pꝛimo de ſupioꝛi ⁊ iferioꝛi. Manifeſtū ē. n. qͦ ſupiꝰ ⁊ iferiꝰ hēnt aliā ⁊ aliam rōnem foꝛmalē: cum ratio inferioꝝ ſit extra rationem ſuperioꝝ.

¶ Similiter: ſicut ipſi dicunt: ratio Socratis eſt incōmunicabilis. rō aūt hoīs eſt
cōmunicabilis: Sed eadē ratio formalis non pōt eſſe cōmūicabilis ⁊ icōmūicabilis.
¶ Similiter patet de toto ⁊ partibus. ¶ Ratio enim formalis totius eſt alia a ra
tionibus formalibus partium: cum eadem ratio formalis non ſit conſtituta ⁊ non
conſtituta: conſtituens ⁊ non conſtituens. ¶ Similiter de modo intrinſeco ⁊ de re
cuius eſt modus. ¶ Licet. n. modus intrinſecus ſit ille: qui additus alteri non va
riat rationem eius formalem: vt patet de albedine ⁊ eius gradibus. Albedo. n. in
tenſa ⁊ remiſſa ſunt eiuſdem rationis formalis: non eſt tamen talis modus conuē
eus rei primo modo dicendi per ſe. quare non erit illi idē formaliter cum re: cuius
eſt modus: licet forte proprie non diſtinguatur formaliter a re: cuius eſt modus: q:
ad diſtinctionem formalem requiritur fortaſſis: q̄ ſit quidditas ⁊ quidditas.
Modus autem intrinſecus non eſt proprie formalitas vel quidditas: quia quiddi
tas addita alteri variat formalem eius rationem: ſeu conſtituti per illam: vt ratio
nale ⁊ irrationale ſi addantur animali: conſtituunt ſpecies habentes diuerſas ratio
nes formales. Nō ſic autē modus intrinſecus. vnde nulla quidditas pōt addi alte
ri qn variet ſpeciem vel ſimpliciter. hoc eſt de vna ſpecie facit aliam cōtrariam vel
diſparatam. vel ſecundū quid: hoc eſt de non tali ſpecie facit aliam ſpeciē: puta ſi ad
datur differentia pertinens ad eſſe quidditatiuū generi: facit ſpeciē ſpecialiſſimā: ⁊
non prefuit ſpecies ſpecialiſſima: ſed tantum prefuit ſpecies intermedia. ¶ Patet
quarto de diffinitione ⁊ diffinito. ¶ Nam ratio formalis diffiniti eſt alia a ratione
formali diffinitionis. ¶ Ratio. n. formalis diffiniti eſt ratio totius: ⁊ ratio forma
lis diffinitionis eſt ratio partium. ¶ Nam dictū eſt: qđ eſt alia ratio formalis par
tium ⁊ totius. ¶ Item manifeſtum eſt: qđ alius eſt conceptus diffinitionis ⁊ alius
diffiniti: accipiendo pro conceptibus ſignificatis. ¶ Ergo aliam ⁊ aliam conceptibi
litatem dicunt diffinitio ⁊ diffinitum: Sed tales conceptibilitates non ſunt niſi ra
tiones formales ſeu obiecta formalia: ergo diffinitio ⁊ diffinitum dicunt aliā ⁊ ali
am rationem formalem. ¶ Aſſumptum eſt doctoris ſubtilis in pa di. primi. vbi ex
intentione probat illud duobus aut tribus medijs: Et confirmatur tota iſta ratio.
¶ Quecunq; important alia ⁊ aliam quidditatem illa diſtinguuntur quidditatiue
⁊ formaliter: ſed omnia illa que diſtinguuntur ex natura rei important aliam ⁊ ali
am quidditatem: Ergo omnia que diſtinguuntur ex natura rei diſtinguuntur qddi
tatiue ⁊ formaliter. igitur diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum idemptita
te formali nec eſt minor ipſa. ¶ Maior eſt māifeſta: qđ vbicunq; ē alia ⁊ alia qddi
tas ibi eſt diſtinctio quidditatiua: Sicut vbi eſt alia ⁊ alia res ibi eſt diſtinctio rea
lis. ¶ Modo conſtat: qđ omnis diſtinctio quidditatiua eſt formalis. ¶ Minor ē
ſufficienter probata per diſcurſum factum in precedenti ratione. Patet enim per
ipſum manifeſte: q̄ oīa: que ipſi ponunt diſtingui ex natura rei ⁊ non formaliter:
habent aliam ⁊ aliam quidditatem: vel ſaltem dicunt quidditatem ⁊ modum intri
ſecum: ¶ Si dicatur: qđ concretum ⁊ abſtractum diſtinguuntur ex natura rei: ⁊ ta
men non habent aliam ⁊ aliam quidditatem: dico: quod hoc eſt falſum: quia quecū
q; diſtinguuntur ſolum penes modos diuerſos concipiendi idem obiectum forma
le ſola ratione diſtinguuntur ⁊ non ex natura rei: ſed concretum ⁊ abſtractum ſolū
diſtinguuntur penes modos cōcipiendi diuerſos idem obiectiuū: ergo ſolum ratio
ne diſtinguuntur: ⁊ non ex natura rei. ¶ Maior eſt manifeſta: quia ſola diuerſitas

concipiēdi idem obiectum in modo nõ arguit diſtinctionem ex natura rei. Minor eſt doctoris ſubtilis tertia di. primi ⁊ pluribus alijs paſſibus ſue doctrine.
¶ Secundo principaliter arguit ad idem: ſupponendo: quod diſtinctio vna in intellectu eſt penes diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale: ⁊ hoc: ſiue cõcipiendo grãmatice: vt homo eſt homo: ſiue logice: vt homo eſt humanitas. Alia diſtinctio eſt maior in intellectu concipiēdo duo obiecta formalia duobus actibus: ⁊ hoc: ſiue illis correſpondeãt diuerſe res: vt intelligēdo hominem ⁊ aſinum: ſiue vna res ad extra: vt intelligēdo colorem ⁊ diſgregatiuum. Iſta ſuppoſitio eſt in forma ipſius doctoris ſubtilis in ſecũda di. primi: vbi inueſtigat diſtinctionem formalem inter rationem eſſentie diuine ⁊ rationem ſuppoſiti. ¶ Iſto ſuppoſito probo: quod ſuperius ⁊ inferius nõ ſolum diſtinguãtur ex natura rei: ſed etiaꝫ formaliter: quia intellectus intelligēs hominem ⁊ ſortem: aut intelligit ipſa vt diuerſa obiecta formalia: aut preciſe vt idem obiectum formale ſub alio ⁊ alio modo cõcipiendi. Nõ ſecundo modo: quia tũc non eſſet maior differentia q̃ꝫ concipiendo hominem ⁊ humanitatem: ⁊ ita nõ conciperet hominem ſeu humanitatem magis cõmunicabilem q̃ꝫ Sor. ¶ Nam homo nõ eſt incõmunicabilis: ſi humanitas eſt cõmunicabilis: ⁊ ecõuerſo: ergo ſi homo ⁊ ſor. nõ plus differunt q̃ꝫ humãitas ⁊ homo: homo nõ eſt cõmunicabilis ſi ſor. eſſet incommũicabilis nec econuerſo. Si primo modo: cuꝫ iſta diuerſa obiecta formalia ſint due rationes formales in re ex natura rei reperibiles: ⁊ non fabricate per actum intellectus negotiantis ſeu comparantis: ſequitur: quod inter ipſa erit diſtinctio formalis. Nam vbicunqꝫ eſt alia ⁊ alia ratio formalis: ibi eſt diſtinctio formalis: quia alietas in diuerſis rationibus formalibus arguit aliaꝫ ⁊ aliam formalitatem: ⁊ alia ⁊ alia formalitas arguit diſtinctiõem formalem. eodeꝫ modo poſſet argui de diffinitione ⁊ diffinito: ⁊ de toto ⁊ partibus. Ex his mãifeſtũ eſt: quod non eſt ponenda aliqua diſtinctio precedens actum intellectus: minor diſtinctione formali: que poſſit ſtare cum idemptitate formali.
¶ Preterea tertio oſtendo principaliter: quod hoc eſt contra Doctorem expreſſe eadem ſecunda diſtinctione primi in loco predicto: vbi ponit diſtinctionem formalem ſeu non idemptitatem inter eſſentiam diuinam ⁊ proprietatem: declarãdo qualis ſit differentia formalis ſeu non idemptitas: que ponitur precedere omnem actũ intellectus: ſic in forma dicens: Dico. quod tam in rebus q̃ꝫ in intellectu differẽtia aliqua maior manifeſta magis eſt: ⁊ ex illa concluditur frequenter differentia minor: que eſt imanifeſta. ¶ In re autem manifeſta eſt diſtinctio rerum. ⁊ hoc dupliciter. ſ. ſuppoſitorum ⁊ naturarum. ¶ In intellectu manifeſta eſt differentia dupliciter. ſ. modorum concipiendi ⁊ obiectorum formalium. ex his concluditur differẽtia hic intenta que eſt imanifeſta: quia minima in ſuo ordine ideſt inter omnes que precedunt intellectionem. hec ille. ¶ Ex quo manifeſte patet: ꝙ doc. non ſententialiter tantum ſed etiam verbaliter ponit diſtinctionem formalem ſeu non idemptitatem eſſe minimam inter omnes precedentes intellectionem. ¶ Nulla ergo eſt minor diſtinctio ex natura rei: diſtinctione formali. ¶ Item ſecundum Scotum ipſum probatur: quod ſuperiora diſtinguantur formaliter a ſuis inferioribus: quod negant iſti ſequaces ſui. ¶ Ipſe enim in di. xvi. tertij reſpondendo ex intentiõe ad queſtionem: quam format ibi. ſ. vtrum imago trinitatis conſiſtat in tribus poten

tijs anime rationalis realiter diſtinctio?Sic reſpondet in foꝛma. ¶ Ideo dico ali
ter ſic ſecundum Dionyſium .ſ.c.de diuinis nominibus.¶ Continentia vnitiua nõ
eſt eoꝛum:que ſunt omnino idem:quia illa non vniuntur nec eoꝛum:que manent di
ſtincta iſta diſtinctione:qua fuerunt diſtincta ante vnionem : Sed eſt eoꝛum : que
ſunt vnum realiter:manent tamen diſtincta foꝛmaliter:Siue que ſunt idem idem
ptitate reali:diſtincta tamen foꝛmaliter.¶ Huiuſmodi autem contenta ſunt in du
plici differentia:quia quedam ſunt de natura continentis:vt quecunqꝫ ſunt ſuperio
ra ad continens:verbi gratia ab eadem re accipitur ratio albedinis.coloꝛis. quali
tatis ſenſibilis ⁊ qualitatis:⁊ hec ſunt ſuperioꝛa ad hanc albedinem:⁊ ideo omnia
ſunt de eſſentia eius.¶ Alia ſunt contenta in aliquo vnitiue quaſi inferioꝛa:q: qua
ſi paſſiones continentis:nec ſunt alie res ab ipſo continente.Iſto modo ens conti
net multas paſſiones:que nõ ſunt res alie ab ipſo ente:vt pꝛobat Ariſtoteles quar
to methaphiſice. ¶ Diſtinguuntur tamen abinuicem foꝛmaliter ⁊ quidditatiue.
hec ille.¶ Patet igitur clare:quod omnia ſuperioꝛa continent vnitiue in ſuis in
ferioꝛibus:⁊ quod ad talem continentiam vnitiuam requiritur:quod contenta di
ſtinguantur foꝛmaliter a continente.¶ Unde breuiter iſti ſcotizantes non dicunt
ad doctrinam Scoti confoꝛmiter:q: nuſqꝫ ponit diſtinctionem ex natura rei diſtin
ctam contra diſtinctionem foꝛmalem.imo oppoſitum expꝛeſſe ponitur: ſicut patet
ex iſtis pꝛeallegatis ⁊ ex multis alijs paſſibus ſue doctrine:quos cauſa breuitatis
nunc omitto.

¶ Quarto pꝛincipaliter arguitur ex dictis eoꝛum. Dicunt enim quod diſtinctio
foꝛmalis eſt illa:que eſt inter aliqua duo:quoꝛum vnum non includit aliud in pꝛi
mo modo dicendi per ſe.¶ Si iſta deſcriptio ſit ſufficiens:ſequitur contra eos:qđ
ſuperius ⁊ inferius diſtinguuntur foꝛmaliter:Similiter totum ⁊ eius partes :Dif
finitum ⁊ diffinitio:que non ſolum diſtinguuntur ex natura rei.¶ Pꝛobatur:Que
cunqꝫ extrema ſic ſe habent:quod vnum non includit aliud in pꝛimo modo dicen
di per ſe:illa diſtinguuntur foꝛmaliter:ſed ſuperius ⁊ inferius:totum ⁊ partes:dif
finitio ⁊ diffinitum ſic ſe habent:quod vnum non includit aliud in pꝛimo modo di
cendi per ſe:igitur diſtinguuntur foꝛmaliter.¶ Maioꝛ eſt euidens ex diffinitiõe
diſtinctionis foꝛmalis ab eis data.¶ Minoꝛ pꝛobatur:quia ſuperius non includit
inferius in pꝛimo modo dicendi per ſe:cum nullum ſuperius diffiniatur per ſuum
inferius:ergo omnia inferioꝛa ſunt extra rationem per ſe ſuperioꝛum.¶ Similiter
diffinitio non includit diffinitum in pꝛimo modo dicendi per ſe: q: pꝛopoſitiones
per ſe non conuertuntur ſecundum philoſophum pꝛimo poſte. de ſtatu pꝛincipioꝝ
ſic intelligendo:quod ſi pꝛedicatum dicatur de ſubiecto per ſe :non econtra dicitur
ſubiectum de pꝛedicato per ſe:ſed per accidens.ergo ſi iſta eſt per ſe in pꝛimo mo
do homo eſt animal rationale:iſta non erit per ſe pꝛimo modo animal rationale ẽ
homo:ſed magis per accidens.¶ Similiter partes non includunt totum in pꝛi
mo modo dicendi per ſe.¶ Si dicatur ad iſta:quod licet ſuperius non includat
ſuum inferius in pꝛimo modo dicendi per ſe:neqꝫ diffinitio diffinitum : neqꝫ par
tes totum:tamen econuerſo inferius includit ſuperius in pꝛimo modo dicendi per
ſe:⁊ diffinitum diffinitionem:⁊ totum ſuas partes:hoc nihil valet : quia licet per
hoc concluderetur:quod omne inferius eſt idem foꝛmaliter ſuo ſuperioꝛi: ⁊ ſimili

ter:quod diffinitum ſit idem formaliter ſue diffinitioni:⁊ ſimiliter totum ſit idem
formaliter ſuis partibus:propter hoc:quod quodlibet illorum includit reliquum i
primo modo dicendi per ſe:Tamen eodem modo concluditur: quod ſuperius non
eſt idem formaliter ſuo inferiori:quia non includit ipſum in primo modo dicendi
per ſe:⁊ quod diffinitio non ſit eadem ſuo diffinito formaliter:⁊ quod partes non
ſint eedem formaliter ſuo toti:quia nullum illorum includit reliquum in primo mo
do dicendi per ſe:⁊ confirmatur : q: in cauſis preciſe affirmatio eſt cauſa affirma
tionis ⁊ negatio eſt cauſa negationis per philoſophum primo poſte.ergo ſi include
re aliquid in primo modo dicendi per ſe ſit ratio preciſa quare includens eſt for
maliter idem incluſo : Nam includere aliquid in primo modo dicendi per ſe erat
cauſa quare non includens ſit non idem formaliter non incluſo. Modo conſtat
ſi diffinitio diſtinctionis formalis data ab eis ſit ſufficiens:quod cauſa preciſa qua
re aliquid eſt idem formaliter alteri eſt q: includit alterum in primo modo dicen
di per ſe. Uel igitur oportebit eos concedere iſta: que in iſtis inſtantijs inferun
tur:que tamen fuerunt negata:vel oportebit eque dicere:quod deſcriptiones tam
diſtinctionis formalis q̄ꝫ idemptitatis ſint ab eis inſufficienter aſſignate .

Preterea quinto principaliter arguitur contra modum ponendi ipſorum diſtin
ctionem ſe totis ſubiectiue:Quia ſi illa ſolum diſtinguerentur ſe totis ſubiectiue :
quorum realitates ſunt loco ⁊ ſitu actualiter ſeparate ⁊ in actuali exiſtentia:vt duo
indiuidua eiuſdem ſpeciei:ſequitur:quod corpus ⁊ anima ſimul vnita non diſtin
guerentur ſe totis ſubiectiue:Nec etiam homo ⁊ ſua albedo: neqꝫ anima intellecti
ua ⁊ ſua ſcientia.conſequens eſt falſum:ergo illud ex quo ſequitur . ¶ Conſequen
tia eſt manifeſta:quod omnia iſta non habent realitates loco ⁊ ſitu actualiter ſepa
ratas in actuali exiſtentia.¶ Falſitas conſequentis patet:q: ſi illa non diſtingue
rentur ſe totis ſubiectiue:ſequeretur:quod conuenirent in aliqua realitate ſubiecti
ua:ſeu in aliquo actu exiſtendi:quod eſt falſum:q: quecunqꝫ due eſſentie eſſentiali
ter ⁊ realiter diſtincte a ſe inuicem: habent alium ⁊ alium actuꝫ exiſtendi ſeu aliā
⁊ aliam realitatem ſubiectiuam:Sed corpus ⁊ anima ſimul vnita: ſimiliter homo
⁊ ſua albedo:ſimiliter anima ⁊ ſua ſcientia ſunt realiter ⁊ eſſentialiter diſtincta: er
go non conueniunt in aliquo actu exiſtendi ſeu realitate ſubiectiua. Maior: pro
batur:q: vnaqueqꝫ res ſeu eſſentia habet ſuum proprium actum exiſtendi:cum eſſe
eſſentie ⁊ exiſtentie idemptificentur realiter.¶ Sicut ergo corpus ⁊ anima habēt
aliam ⁊ aliam entitatem:ita habent aliam ⁊ aliam exiſtentiam actualem. ¶ Unde
non video:quod anima ⁊ corpus:ſimiliter accidens ⁊ ſubiectum magis conueniant
in aliquo actu exiſtendi cōmuni ambobus:ſeu in aliqua realitate ſubiectiua : quan
do vniuntur ſimul:q̄ꝫ quando ſunt actualiter ſeparata.

¶ Item ſexto arguo:ꝓbando:quod diſtinctio ſe totis obiectiue nō inferat omnes
alias:nec ſit maior omnibus alijs:q: riſibile ⁊ flebile diſtinguuntur ſe totis obiecti
ue:Similiter riſibile ⁊ homo:⁊ tamen non diſtinguuntur realiter: ergo diſtinctio
ſe totis obiectiue non infert diſtinctionem realem:nec eſt maior ea. Aſſumptum ꝓ
baẗ q: i nullo cōceptu cōi reali qdditatiuo cōueniūt:cū illa habeāt cōceptus ſimplr
ſimplices:neqꝫ icludūt ens qdditatiue:ois.n.ꝓpria paſſio cuiuſcūqꝫ entis ē ſimplr
ſimplex:nec aliqd includit qdditatiue.qd cōfirmaẗ ⁊ ē q̄ſi idē:q: vitas ⁊ bonitas:

que ſunt proprie paſſiones entis:diſtinguūtur ſe totis obiectiue:⁊ tamen non diſti
guūtur realiter:ergo diſtinctio ſe totis obiectiue non infert diſtinctionem realem
nec omnes alias. Aſſumptum patet:q: in nullo quidditatiue conueniunt:cum nullū
ſit ſuperius ad ipſas:dicunt enim conceptum ſimpliciter ſimplicem irreſolubilem
in aliud prius:nec ens quidditatiue predicatur de ipſis:cum ſit ſubiectum ipſaruz.
¶ Nullum enim ſubiectum predicatur quidditatiue de ſuis proprijs paſſionibus.
¶ Quod autem omnia predicata idemptificentur realiter patet: Omnis propria
paſſio idemptificatur realiter cum ſuo ſubiecto:⁊ omnes paſſiones eiuſdez ſubiecti
idemptificantur realiter inter ſe. ¶ Confirmatur ratio: Due differentie vltime di
ſtinguūtur ſe totis obiectiue:⁊ tamen poſſunt eſſe idez eſſentialiter ⁊ realiter:ergo
diſtinctio ſe totis obiectiue non eſt maior omnibus alijs:nec infert omnes alias.
¶ Maior probatur. Ultima differentia ſpecifica albedinis ⁊ differētia indiuidua
lis huius albedinis diſtinguūtur ſe totis obiectiue:⁊ ſunt primo diuerſe:cuz ſuman
tur ab vltima realitate ſpeciei ⁊ ab vltima indiuidui:⁊ dicant conceptus ſimplici
ter ſimplices:⁊ tamen non diſtinguūtur eſſentialiter neqz realiter: cum omnis dif
ferentia ſpeciei realiter idemptificetur cum per ſe indiuiduo illius ſpeciei vel cum
differentia eius indiuiduali.⁊ iſta vltimate ſumpta ſunt de mente Doc. ſubtilis in
tertia di.pri.⁊ in tertia di.ſe.in materia de principio indiuiduationis ⁊ in multis
alijs paſſibus:quos nunc dimitto.⁊ ſic patet:quomodo formalizantes:multa dicunt
contra opinionem Doc.ſub.patet etiam falſitas multorum dictorum ab eis. Patet
etiam quomodo cum diſtinctione ſe totis obiectiue ſtat idemptitas realis ⁊ eſſen
tialis.patet etiam:quod non eſt maior omnibus alijs:nec infert omnes alias: quo
rum oppoſita aſſerebant in ſuis corolarijs.

¶ Preterea ſeptio principaliter probo:quod diſtinctio realis ⁊ eſſentialis nō infe
runt diſtinctionem formalem:imo cum idemptitate formali ſtat diſtinctio tam rea
lis q̄ eſſentialis:q: homo eſt idem formaliter ⁊ quidditatiue anime ſue intellecti
ue ⁊ corpori ſuo:que partes eſſentiales ipſum eſſentialiter ⁊ intrinſece conſtituen
tes:⁊ tamen realiter ⁊ eſſentialiter diſtinguitur ab eis tam diuiſim q̄ coniunctim
ſumptis:ergo diſtinctio realis ſeu eſſentialis non infert diſtinctionem formalem.
imo cum idemptitate formali ſtat diſtinctio realis ⁊ eſſentialis. Aſſumptum ꝑ pri
ma parte patet:q: tam anima intellectiua q̄ corpus includūtur formaliter ⁊ quid
ditatiue in homine:⁊ homo includit illa duo in primo modo dicendi per ſe:ergo ho
mo eſt idem formaliter ⁊ quidditatiue cum ipſis.conſequētia tenet per deſcriptio
nem idemptitatis formalis datam ab ipſis. ¶ Illa enim ſunt idem formaliter ſe
cundum eos quorum vnum includit aliud in primo modo dicendi per ſe. Antece
dens probatur:q: de quidditate ſeu de diffinitione quidditatiua cuiſlibet rei natu
ralis eſt tam materia q̄ propria forma ſubſtantialis eius:ſed corpus ⁊ anima intel
lectiua ſunt huiuſmodi reſpectu hominis:ergo ꝛc̄.⁊ ita poteſt argui de qualibet re
naturali.⁊ hoc eſt de intentione Doc.ſub.in tertio in illa.q.vtruz xp̄s fuerit homo
in triduo: Secunda pars aſſumpti principalis.ſ.quod homo realiter ⁊ eſſentialiter
diſtinguatur ab eis.ſ.anima ⁊ corpore tam diuiſim q̄ coniunctim ſumptis ⁊ quod
libet compoſitum eſſentiale a materia ⁊ forma ipſum intrinſece conſtituentibus ſeu
componentibus tam diuiſim q̄ coniunctim ſumptis.patet per Docto.ſub.in tertio
di. ſecunda ⁊ per omnes ſcotizantes:qui expreſſe hoc determinant.

¶ Pꝛetérea octauo pꝛincipaliter arguo:pꝛobando:quod idemptitas rationis non
infert omnes alias idemptitates:cuius oppoſitum dicunt in ſuis coꝛollarijs : quia
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt idem ratione:ſeu habent idemptitatem rationis
⁊ tamen non ſunt idem realiter ſuppoſitaliter ſeu perſonaliter. ¶ Igitur idempti
tas rationis non infert omnes alias idemptitates.aſſumptum pꝛo ſecunda ſui par
te mãifeſtum eſt.Nam alia eſt perſona patris:alia filij:⁊ alia ſpiritusſancti:⁊ diſtin
guũtur realiter ſuppoſitaliter inter ſe:cum nulla res ſit:que ſe ipſam pꝛoducat ſeu
ſpiret.¶ Sed pꝛima pars aſſumpti pꝛobatur.Nam de quibuſcunqꝫ dicitur vnus
atqꝫ idem reſpectus rationis numero ſeu eadem relatio rationis numero illa ſunt
eadem ratione:⁊ habent idemptitatem rationis:ſed de patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto
dicitur vnus ⁊ idem reſpectus ſeu relatio rationis numero:igitur ſunt idem ratio
ne.¶ Maioꝛ patet.Nam ſicut illa diſtinguũtur ratione:de quibus dicuntur diuer
ſe relationes ſeu reſpectus rationis:ita illa dicuntur eadem ratione:de quibus di
citur vnus ⁊ idem reſpectus ſeu relatio rationis.¶ Minoꝛ pꝛobatur:qꝛ pater ⁊ fi
lius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt vnus dominus reſpectu creature:vnus creatoꝛ:vnus cõ
ſeruatoꝛ ⁊ rectoꝛ:⁊ ſic de ſimilibus.Modo cõſtat:quod tale dominiũ ⁊ reſpectus
creationis actiue ⁊ conſeruationis ⁊ gubernationis ⁊ ſic de ſimilibus impoꝛtant ſo
lum relationem ſeu reſpectum rationis.Igitur ⁊c.Confirmatur:qꝛ omnis reſpect⁹
ſeu relatio dei ad creaturam eſt communis tribus perſonis:pꝛeſertim loquendo de
reſpectu cauſe ad cauſatum ⁊ creantis ad creatum:cum opera trinitatis ad extra
ſint indiuiſa:Sed omnis talis reſpectus dei ad creaturam eſt reſpectus rationis ⁊
non realis:cum deus non poſſit referri habitudine reali ad creaturam ſeu ad ali
quid aliud extra ſe:Igitur in tali reſpectu cõmuni tres perſone conueniunt ſiue
ſunt idem tanqꝫ in aliquo eſſentiali ad extra.

¶ Item nono pꝛincipaliter arguitur ad idem:Pꝛedicamenta ſunt idem ratione :
⁊ tamen non ſunt idem realiter ⁊ eſſentialiter aut ſaltem formaliter:ergo idempti
tas rationis non infert omnes alias idemptitates.aſſumptum pꝛo ſecunda ſui par
te patet.Nam pꝛedicamenta ſecundum vnam opinionem diſtinguuntur eſſentialr
⁊ realiter:aut ad minus foꝛmaliter ſecundum aliam:vel tertio ſecundum vnam opi
nionem aliqua pꝛedicamenta ſecundum aliquas ſuarum ſpecierum diſtinguuntur
realiter a ſe inuicem.Sed pꝛima pars aſſumpti pꝛobatur:Nam omnia pꝛedicamen
ta conueniunt in iſta ſecunda intentione ſeu relatione rationis:que eſt genus gene
raliſſimum.ſubſtantia enim eſt genus generaliſſimum ⁊ quantitas eſt genus gene
raliſſimum.⁊ qualitas eſt genus generaliſſimum.⁊ ſic de alijs.¶ Confirmatur: qꝛ
homo ⁊ lapis in iſtis pꝛopoſitionibus:homo currit:⁊ lapis eſt in centro terre idem
ptificantur ratione:cum conueniant in iſto reſpectu rationis ſeu ſecunda intentione
que dicitur ſubiectum ſeu ſubijci in pꝛopoſitione :⁊ tamen conſtat quod diſtinguun
tur eſſentialiter ⁊ realiter:ergo idemptitas rationis non infert omnes alias idem
ptitates :Nec valet:ſi dicatur:qd̄ non eſt idem reſpectus rationis numero ſeu ſe
cunda intentio:que dicatur de decem pꝛedicamentis:ſed ſolum ſpecie : nec eadem
ſecunda intentio numero:que dicatur de ſubiecto vnius pꝛopoſitionis ⁊ alterius :
ſed ſolum ſpecie:que qꝛ tunc nulla entia creata vel pauciſſima poſſent idemptifica
ri ratione:⁊ hoc loquendo regulariter:⁊ ſecundum quod logici communiter loquũ
tur de ſecundis intentionibus ſeu reſpectibus rationis:quia vt communiter dicũt

nulla entia creata realiter ⁊ eſſentialiter diſtincta totaliter ab inuiceꝫ ſeparata poſ
ſunt conuēire in aliquo vno reſpectu rationis numero:qui dicantur de ipſis.¶ Et
notanter dixi cōmuniter ⁊ regulariter:quia in aliquibus entibus oppoſitum inuē
tur:vt patebit in ratione ſequenti.¶ Similiter nullum ens reale creatum q̄ſtum
cunqꝫ ſit ſibi ipſi idem realiter ⁊ penitus ex natura rei poteſt conuenire cum ſeip
ſo in vno reſpectu ſeu relatione rationis numero.Sor.enim q̄ſuis ſibi ipſi ſit peni
tus idem ex natura rei:In iſtis tamen duabus propoſitionibus:Sor.legit.Sor.diſ
putat:non conuenit ſibi ipſi:nec idemptificatur ſibi ipſi in vno reſpectu ſeu relatiōe
rationis numero.Alia enim eſt ſecunda intentio ſeu relatio rationis ſubiecti : vt di
citur de ipſo i pria ꝓpoſitiōe :⁊ alia:vt dr̄ d̄ ipſo in ƀa propoſitione . ¶ Sic igitur
intellectus non poſſet facere:q̄d idem ens creatuꝫ omnibus modis idem ex natura
rei:eſſet ſibi ipſi idem ratione:ſi oporteret eundem reſpectum ſeu relationem ratio
nis numero dici de eiſdem ratione:ſeu de eis:que idemptificantur ratione.
¶ Vltimo igitur ⁊ decimo principaliter arguo ſic:Aqua pura ⁊ verba iſta: ego ba
ptizo te in nomine patris ⁊ fi.⁊ ſpi.ſan.ſunt realiter ⁊ eſſentialiter diſtincta: ⁊ tamē
conueniunt in vno reſpectu ſeu relatione rationis numero:in qua idemptificantur.
Igitur diſtinctio realis ⁊ eſſentialis ſtant cum idemptitate rationis:cuius oppoſi
tum ipſi dicunt.¶ Aſſumptum pro prima parte probatur:Nam aqua eſt ens pma
nens:verba illa ſunt ſucceſſiua.¶ Similiter etiam manet in actuali exiſtētia aqua
verbis tranſeuntibus:Igitur illa duo realiter ⁊ eſſentialiter diſtiguuntur.¶ Sed
ſecundam partem aſſumpti probo:Nam illa duo ſimul ſumpta faciunt vnicum ſa
cramentum baptiſmi:quod formaliter nihil aliud eſt niſi relatio ſigni ad ſignatuꝫ:
que relatio non eſt niſi reſpectus rationis.igitur conueniūt in vna ⁊ eadem relatio
ne rationis numero:⁊ in eadem idemptificantur.¶ Antecedens probatur per Au
guſtinum ſuper Jo.Omelia octaua:⁊ ponitur.i.q.i.Detrahe.accedit verbuꝫ ad ele
mentum:⁊ fit ſacramentum.¶ Confirmatur:quia entia quantūmcūqꝫ diuerſa in re
poſſunt concurrere ⁊ conuenire in fundamento vnius relationis rationis numero:
Igitur illa quantumcunqꝫ diuerſa in re poſſunt eſſe eadem ratiōe.Igitur idempti
tas rationis non infert idemptitatem realem.¶ Preterea antecedens probatur:
quia huius relationis rationis vnius numero:que eſt ſignificare muſtum bonum :
bene poteſt eſſe fundamentum totū iſtud.s.circulus coopertus folijs edere.Mul
te etiam orationes contexte vel vna oratio ex multis ſyllabis:que nihil vnum per
ſe faciunt:ſunt fundamentum vnius relationis numero:huius.s. que eſt ſignifica
re Deo ineſſe aliqua:que ſibi intrinſece inſunt:cū tamen conſtet:quod illud ſignifi
catum ſit vnū ⁊ idem ſimpliciſſimū.¶ Ex his omnibus patet:qualiter iſta opinio
s.formalizantiū continet mlt̄a falſa:⁊ qualiter illa falſa ſunt contra mentem Doc.
ſub.¶ Patet ſecūdo qualiter iſti ſunt turpiter decepti:ex eo:quod opinantur ſe ſe
qui doctorem ſubtilem:⁊ tamen in iſtis ⁊ in multis alijs expreſſe contradicūt ei:vt
prolixius declaraui in multis paſſibꝰ doctrine prefati doc.ſub.legendo eiꝰ quattu
or libros ſententiarū in magnis ſcholis huiꝰ conuentꝰ.s.fratrū minorū. Poteſt
igitur aliter dici:quod iſte diſtinctiones non ordinantur inter ſe per modū ſuperio
ris ⁊ inferioris:nec ſimiliter habent neceſſariam habitudinem ad inuicem per mo
dum inferentis ⁊ illati. Quod probatur primo:quia ſicut cum idemptitate rea

li ſtat diſtinctio formalis:ita cū idemptitate formali ſtat diſtictio realis ⁊ eſſentia
lis. Primū patet:quia riſibilitas ⁊ flebilitas ſimiliter ⁊ humanitas ſunt idem rea
liter:⁊ tamen diſtinguuntur formaliter:cum ſint diuerſe formalitates:quarum vna
non includit aliam in primo modo dicendi per ſe. Secūduꝫ probatur:quia homo
eſt idem formaliter anime intellectiue ⁊ etiam corpori:cum includat ipſa in ſua ra
tione quidditatiua ſeu in primo modo dicendi per ſe:⁊ tamen diſtinguitur realiter
ab ipſis ⁊ eſſentialiter:ſicut manifeſtum eſt. Probatur ſecūdo : quod diſtinctio
ſe totis obiectiue non infert diſtinctionem realem vel eſſentialem:nec econtra diſti
ctio realis diſtinctionem ſe totis obiectiue:ergo non ordinantur iter ſe per moduꝫ
ſuperioris ⁊ inferioris:nec per modum inferentis ⁊ illati. Prima pars ātecedē
tis probatur:quia vnitas ⁊ bonitas:ſimiliter riſibilitas ⁊ flebilitas diſtinguūtur
ſe totis obiectiue:vt probatum eſt contra opinionem precedentem:⁊ tamē ſunt idē
realiter ⁊ eſſentialiter. ¶ Similiter differentia vltima ſpeciei ⁊ differentia vltima
ſui proprij indiuidui diſtinguūtur ſe totis obiectiue:⁊ tamen non ſunt idem realiter
vt etiam probatū eſt contra opinionem precedētem:⁊ poteſt addi vna parua ratio:
quia quecunqꝫ ſunt primo diuerſa diſtinguūtur ſe totis obiectiue: Sed omnes dif
ferentie vltime ſunt primo diuerſe:ergo diſtinguuntur ſe totis obiectiue. ¶ Ma
ior patet:quia primo diuerſa in nullo conceptu cōmuni conueniūt:alioquin non eſ
ſent primo diuerſa:imo differentia. ¶ Minor probatur:quia ſi differentie vltime
non eſſent primo diuerſe:includerent aliquod cōmune dictū de eis:in quo conueni
rent:⁊ per conſequens cum non ſint eedem:differrēt alijs differentijs a ſe inuiceꝫ:
⁊ ſic non eſſent vltime differentie:ſed ille alie:per quas differrent a ſe inuicem: vl'
eſſet proceſſus in infinitum in differentibus ⁊ differentijs. ¶ Secunda pars ātece
dentis probatur:quia homo ⁊ aſinus diſtinguūtur realiter ⁊ eſſentialiter:⁊ tamen
non diſtinguūtur ſe totis obiectiue:cū conueniant in aliquo conceptu commūi. Illa
etiam pars conceditur ab omnibus formalizantibus. ¶ Vlterius poteſt dici:quod
preter diſtinctionem rationis:que fit per actuꝫ collatiuū intellectus ſeu volūtatis:
quam etiam ſuppono cū predictis formalitatibus:non ſunt neceſſario ponende ni
ſi due diſtinctiones precedentes omnem actum intellectus.ſ.diſtinctio realis ⁊ di
ſtinctio formalis:quarum prima eſt minor ⁊ imanifeſta:ſecūda eſt maior ⁊ manife
ſta:⁊ ad iſtas duas diſtinctiones omnes alie habent reduci:nec proprie diſtinguū
tur contra iſtas. ¶ Pro declaratione prime diſtinctionis aduertendum eſt: quod
illa opponitur idemptitati formali ſeu vnitati. ¶ Ideo videndum eſt:quid ſit idē
ptitas formalis:poſſumus enim inuenire multos alios gradus in idemptitate ſeu
vnitate. ¶ In primo eſt idemptitas ſeu vnitas aggregationis : ⁊ illa eſt minima
vnitas. ¶ In ſecundo gradu eſt vnitas ordinis: que addit ſuper aggregationem
ordinem ſilicet partium adinuicem. ¶ In tertio eſt vnitas per accidens:vbi vltra
ordinem:eſt informatio:licet accidentalis vnius ab altero:que ſic ſunt vnum. ¶ In
quarto eſt per ſe vnitas compoſiti ex principijs eſſentialibus per ſe actu ⁊ per ſe
potentia. ¶ In quinto vero eſt vnitas ſeu idemptitas ſimplicitatis: que eſt vera
idemptitas.quicquid enim eſt ibi:eſt realiter idem cuilibet:⁊ non tantum eſt vnū
illi vnitate vnionis:ſicut in alijs modis. ¶ In ſexto adhuc vltra oēs ē idemptitas
formalis.voco aūt idemptitatem formalem:vbi illud:qđ ſic eſt idē:icludit illud:cui

ſic ē idē:i ſua rōe formali ⁊ p ſe pmo mō. Et p hoc pꝫ qd ſit diſtictio formalis oppo ſita idēptitati formali. Uoco aūt diſtinctiōem formalē:vbi illud:quod dicitur ſic di ſtictum:nō includit illud:a quo ſic ē diſtinctū in rōne ſua formali p ſe ⁊ primo mō. Ex hoc pōt elici:qđ oē iferi⁹ ē idē formaliter cū ſuo ſupiori:⁊ oē diffinitū ē ideꝫ formaliter cū ſua diffinitōe. Pōt ēt elici:qđ oē totū eſſētiale eſt idē formaliter ⁊ qddi tatiue cum ſuis partibus:patet:quia omnia iſta includunt illa in ſua rōne formali ⁊ primo modo dicendi per ſe. Secūdo pōt elici:qđ omne ſuperius diſtinguitur formaliter a ſuo inferiori:⁊ ſimiliter:quod omnis diffinitio diſtinguitur formaliter ⁊ qdditatiue a ſuo diffinito:Similiter:quod omnes partes alicuius totius eſſentia lis diſtinguunt formaliter ⁊ quidditatiue a ſuo toto.probatur:qr iſta nō includunt illa in ſua ratione formali ⁊ per ſe primo modo:vt dictū eſt i improbatiōe precedē tis opinionis. ¶ Tertio poteſt elici:quod diſtinctio formalis ē in re ex natura rei precedens omnem actū intellectus:qr iſta diſtinctio eſt iter qdditates ⁊ realitates quarum vna non includit aliaꝫ quidditatiue. ¶ Modo quidditas ⁊ realitas vere ſunt ex natura rei:nec poſſunt dici ſecunde intentiones vel entia ratiōis fabricata per actum comparatiuum ſeu negotiatiuū intellectus. ¶ Quarto principaliter po teſt elici:quod diſtinctio ex natura rei nō eſt minor diſtinctiōe formali:imo eſt ipſa met diſtinctio formalis:⁊ quecūqꝫ diſtinguūtur ex natura rei diſtinguūtur formali ter ⁊ econtra:⁊ hoc quartum eſt prolixe probatum contra opinionem precedentem arguendo. Sed contra iſtud arguitur:qr inferius diſtinguitur a ſuo ſuperiori:⁊ dif finitum a ſua diffinitione aliqua diſtinctione ⁊ ex natura rei precedente omnē actū intellectus ⁊ non ſola diſtinctione rationis fabricata per actum intellectus. Sed in ferius non diſtinguitur a ſuo ſuperiori:vel etiam diffinitū a ſua diffinitione diſtin ctione formali:cū quodlibet illorum includat reliquum in primo modo.d.per ſe. vt etiam modo dictum eſt, nec etiam diſtinguitur realiter:vt patet : nec aliqua diſtin ctione maiori qꝫ ſit diſtinctio formalis:ergo diſtinguūtur aliqua diſtinctione mino ri qꝫ ſit diſtinctio formalis precedente etiā actum intellectus. ¶ Illa autē non vi detur eſſe niſi diſtinctio ex natura rei:ideo eſt ponenda diſtinctio ex natura rei ex tra intellectum minor diſtinctione formali. ¶ Reſpōdeo:quod diſtinctio formalis eſt duplex vna eſt:que eſt inter duas aliquas quidditates ſeu formalitates: quaruꝫ vna non cadit in diffinitione quidditatiua alterius:nec ecōtra. ¶ Et iſto modo ſu biectum ⁊ propria paſſio puta riſibilitas ⁊ humanitas diſtinguūtur formaliter: qr in quidditatiua ratione humanitatis non includitur riſibilitas : nec econtra . ⁊ iſto modo non dicuntur formaliter diſtingui diffinitum ⁊ diffinitio ſuperius ⁊ inferius qr ſemper alterum illorum non cadit in diffinitione quidditatiua alterius : ſeu iclu ditur quidditatiue in alio. ¶ Iſto etiam modo non diſtinguūtur formaliter quiddi tas ⁊ ſuus modus intrinſecus:qr non dicunt duas formalitates ſeu quidditates : ſed tantum vnum cum eius modo intrinſeco. ¶ Modus enim intrinſecus non ad dit formalitatem aliam vltra quidditatem eius:cuius eſt modus :vt patuit in pre fate opinionis improbatione. Iſto etiam modo poteſt ſuperius diſtingui a ſuo infe riori:licet non econtra. Similiter partes eſſentiales a ſuo toto eſſentiali : licet non econtra. ¶ Similiter diffinitio a ſuo diffinito:licet non econtra:ſicut patuit in ſecū do elicito nuper dicto. ¶ Alia eſt diſtinctio formalis:que eſt iter aliqua duo extre ma: quorum ratio vnius non eſt preciſe neqꝫ adequate ratio alterius neqꝫ adequatiua

alterius:verbigratia: Ratio humanitatis ⁊ ratio animalitatis dicuntur distin
gui foꝛmaliter: isto etiam modo s̄m viam Doc. sub. quia ratio animalitatis non
adequat rationem humanitatis. quapꝛopter vnum non pꝛedicatur d̄ alio in abstra
cto: loquendo in vltima abstractione: qꝛ humanitas non est animalitas: ⁊ hoc est: qꝛ
vnum non est pꝛecise ⁊ adequate alterum. ⁊ hoc nisi altera istarum sit foꝛmaliter in
finita: vel ambe ille rationes essent foꝛmaliter infinite: vt essentia diuina ⁊ bonitas
licet enim distinguantur foꝛmaliter ⁊ vna non sit pꝛecise alia: pꝛedicantur tamen de
seinuicem in abstracto: loquendo etiam de vltimata abstractione: ⁊ hoc est per infi
nitatem foꝛmalem inclusam in ipsis. ¶ Isto etiam modo dico: quod omne inferius
distinguitur foꝛmaliter a suo superioꝛi. ¶ Ratio enim inferioꝛum non est pꝛecise ⁊
adequate ratio superioꝛum: nec inferius est idem cū suo superioꝛi idemptitate ade
quata: ita quod inferius sit tantum suum superius foꝛmaliter. ¶ Similiter diffini
tum isto modo distinguitur foꝛmaliter a sua diffinitione: qꝛ non est pꝛecise ⁊ idem
ptitate adequata sua diffinitio: cum dicat quidditatem aliam a diffinitione sua con
stitutam ex partibus diffinitionis. ⁊ sic patet qualiter Doc. sub. diuersimode loqui
tur de esse idem foꝛmaliter ⁊ distingui foꝛmaliter. ¶ Et isti foꝛmalizantes semper
capiunt distinctionem foꝛmalem vno modo. s. pꝛimo modo: ⁊ non habent intentio
nem Doc. sub. ¶ Per istam etiam distinctionem factam de distinctione foꝛmali: si
bene notetur: soluuntur septem rationes Gregoꝛij de Arimino: quas ipse adducit
contra opinionem Doc. sub. ponendo distinctionem foꝛmalem: quas rationes causa
bꝛeuitatis omitto. In nullo. n. arguit contra doc. nostrum. qꝛ semper capit distinctio
nem foꝛmalem vno modo: ⁊ non alio modo. ⁊ hec sufficiant de distinctione foꝛmali.
¶ Secunda vero distinctio: que est realis ⁊ maioꝛ ⁊ manifesta: ē distinctio rerum
seu distinctio rei ⁊ rei. que autem sint res ⁊ res videatur in opinione pꝛecedenti: qꝛ
satis bene declaratur. ¶ Ista autem distinctio realis est duplex: qꝛ quedam est sup
positoꝛum ⁊ alia naturarum. ¶ Pꝛima est inter personas diuinas: que sunt tria
supposita realiter distincta habentia tamen eandem naturam numero indiuisibilē
⁊ indiuisibiliter. ¶ Distinctio autem naturarum est inter omnes alias res: quarū
vna non est alia. ⁊ ista vocatur distinctio essentialis. quecunqꝫ enim habent aliam
⁊ aliam naturam: habent aliam ⁊ aliam essentiam: cum natura ⁊ essentia sint idem.
¶ Ideo distinctio realis naturarum est distinctio essentiarum: ⁊ per consequens
distinctio essentialis. ¶ Sic igitur distinctio essentialis non condistinguitur con
tra distinctionem realem: sed ipsa distinctio realis: licet non pꝛecise suppositoꝛum.
sed etiam naturarum. Et quo ad hoc bene dicit pꝛecedens opinio: quod indiuisibi
lis inuenitur distinctio realis ⁊ non distinctio essentialis: qꝛ ibi inuenitur distinctio
suppositoꝛum ⁊ non distinctio naturarum. ¶ Aliter tamen dicit canonicus ⁊ aliqui
scotizantes: quod distinctio essentialis est illa: que est inter aliqua duo: quoꝛū vnū
potest existere sine alio: ⁊ sic secundum eum totū essentiale non distinguitur essen
tialiter a suis partibus: licet bene distinguatur realiter: qꝛ totum essentialiter non
potest existere sine suis partibus. ¶ Sed tenendo istum modum istius canonici: di
ceretur q̄d paternitas non distingueretur essentialiter a filiatione: neqꝫ e contra.
nec quodcunqꝫ relatiuum a suo correlatiuo: qꝛ neutrum illoꝛū potest esse sine alio
⁊ sic secundum istum modum non omnes species essent essentialiter distincte: qꝛ
species de genere relationis non distinguerentur a se inuicem: saltem ille: que op

ponuntur relatiue:q: vna non poteſt eſſe ſine alia. Similiter ſecundum iſtum mo
dum nulla creatura diſtingueretur eſſentialiter a deo: patet q: nulla creatura pōt
eſſentialiter eſſe ſine deo. ¶ Sed omnia iſta ſunt abſurda. ¶ Quare reputo partē
oppoſitam probabiliorem. s. quod diſtinctio eſſentialis eſt diſtinctio realis natura
rum: ⁊ quecunq; diſtinguūtur diſtinctione reali naturarum diſtinguūtur diſtinctio
ne eſſentiali: ⁊ econtra: q̄ʒq̄ʒ aliqua diſtinguantur diſtinctione reali ſuppoſitorum:
que non diſtinguūtur eſſentialiter ⁊ hoc ſolum in diuinis vt dictum eſt. ¶ Sic igi
tur patet: qualiter diſtinctio eſſentialis non diſtinguitur contra diſtinctionem rea
lem. ¶ Similiter patet: qualiter diſtinctio ex natura rei non cōdiſtinguitur cōtra
diſtinctionem formalem: ¶ Alterius dico: quod diſtinctio ſe totis ſubiectiue aut ē
diſtinctio formalis aut etiam aliquando eſt diſtinctio realis naturarum ſeu ſuppo
ſitorum: vnde illa dicuntur diſtingui ſe totis ſubiectiue: que non conueniunt in ali
qua realitate predicamentali potentiali contrahibili ad ipſa per alias realitates
contrahentes: vt deus ⁊ creatura. ¶ Cum enim deus ſit ſumme ſimplex: non eſt i
eo ordo realitatum: quarum vna contrahat aliam: de quo magis alias videbitur.
¶ Iſto etiam modo diſtinguūtur decem predicamenta: q: in nulla realitate cōtra
hibili predicamentali ad ipſa per alias realitates conueniunt: ſuppoſito quod ens
non deſcendat ad ipſa per differentias formales: ſed ſolum per modos intrinſecos:
qui non dicunt aliquas realitates. ¶ Ex quo patet quod conuenire in aliqua reali
tate ſubiectiua non eſt conuenire in aliqua re ſeu in aliquo actu exiſtendi: vt dice
bat precedens opinio: ſed eſt conuenire in aliqua realitate predicamentali contra
hibili per aliquas differentias formales importantes diuerſas realitates: ſicut ho
mo ⁊ aſinus conueniunt in animalitate: que eſt realitas contrahibilis ad ipſas ſpe
cies per realitates differentiales. ¶ Patet vlterius: quod diſtinctio ſe totis ſubie
ctiue eſt aliquando diſtinctio realis naturarum: ſicut exemplificatum eſt de deo ⁊
creatura ⁊ decem predicamentis: addit enim quod diſtincta tali diſtinctiōe non ha
beant aliquam quidditatem cōmunem potentialem contrahibilem ad ipſa per rea
litates. ¶ Aliquando etiam ſtat diſtinctio ſe totis ſubiectiue cum diſtinctione for
mali dūtaxat. ¶ Sicut ſapientia ⁊ eſſentia diuina diſtinguūtur ſe totis ſubiectiue:
cum in nulla realitate contrahibili conueniant: q: in deo nulla ponitur realitas cō
trahibilis ⁊ contrahens: ideo nulla eſt ibi realitas ſubiectiua ⁊ tamen manifeſtum
ē: quod ſapientia diuina ⁊ eſſentia diuina ſolum formaliter diſtinguūtur. ¶ Simili
ter ſtat diſtinctio ſe totis ſubiectiue cum diſtinctione reali ſuppoſitorum: ſicut pa.
⁊ fi. ⁊ ſpi. ſan. in diuinis diſtinguūtur ſe totis ſubiectiue: cum in nulla realitate con
trahibili conueniant: ⁊ tamen diſtinguuntur diſtinctione reali ſuppoſitorum. ¶ Ex
omnibus igitur his euidens eſt: quod diſtinctio ſe totis ſubiectiue nō condiſtingui
tur contra diſtinctionem realeʒ ſeu contra diſtinctionē formalem: ſed aliquādo ſtat
cū diſtinctione reali naturaꝝ: aliquando cū diſtinctione ſuppoſitoꝝ: aliquando cum
diſtinctione formali ſolum: ⁊ quid addat: ſeu connotet vltra illas dictum eſt nuper.
¶ Dicitur finaliter: quod diſtinctio ſe totis obiectiue aliquando ē diſtinctio realis
naturarum: aliquando formalis ſolum: Addit enim ſeu connotat vltra illas diſtin
ctiōes: q̄ illa: que ſic diſtinguuntur in nullo conceptu cōmuni quidditatiuo reali cō
ueniunt. Unde due vltime differētie duarum diuerſaꝝ ſpecieꝝ diſtinguunt realiter:
⁊ ſimiliter ſe totis obiectiue: cum in nullo conceptu q̄dditatiuo cōmuni cōueniant.

¶ Simil'r vnitas ⁊ bōitas:vt ꝓbatū ē cōtra ꝑcedētē opinionē:⁊ ſic ꝺ multis alijs :·
q̄ diſtiguūtur ſe totis obiectiue:⁊ tn̄ diſtiguūtur ſolū formaliter. Stat ergo diſtictio
ſe totꝫ obiectiue cū diſtictiōe formali ⁊ cū diſtinctiōe reali. Ex iſtis oibꝰ euidēter no
tū ē qꝺ cū pluralitas non ſit ponenda ſine neceſſitate : ⁊ non appareat aliqua neceſ
ſitas multiplicandi diſtinctiones : que ſunt precedentes intellectum:niſi diſtinctio
nem formalem ⁊ diſtinctionem realem:ſequitur:quod non ſunt neceſſario ponende
alie diſtinctiones condiſtincte proprie ⁊ per ſe alie ab iſtis duabus . ¶ Patet ēt
manifeſte quomodo alie continentur ſub iſtis.⁊ ad eas reducuntur .

## In argumentationes formalitatum ſupraſcriptarum . Prohemium .

CUm itaqꝫ omnia ad finem vſqꝫ compleſſem : Quid inquit Hierony
mus Stephane mi ſibi volunt verba hec acerrimi huiuſce diſputato
ris in ſcotizantes reliquos inuehentis? ¶ Miror:quod tanti viri:qui
ante hunc fuere:ita dormitauerint. ¶ Argumenta ſunt fortia : ⁊ poſi
tio eius:qua ſeſe reſoluit in regulas:videtur conſona: rationabilis : ⁊
plana. ¶ Subeunt nunc inquit Stephanus hac in re mentem meam cogitationes
varie:que eam diuerſe trahunt:eminentia virorum precedentiū: ſequentiumqꝫ fre
quentia:rationes hic in eos adducte:diſcordiaqꝫ nihilominus atqꝫ diſſidium: eorū
etiam:qui hunc aut ſequuntur:aut ſequaci inherentia comitantur. ¶ Cui parti ego
annuam:latet me nunc. ¶ Quid tu Samuel exiſtimas ? Ego vero inqꝫ itidē tecū
ſenſerim:verum eueſtigio ( neſcio quo diuino nutu )irrepſit meo cordi quedā lux
intima:qua video: mihi viuaciſſimis rationibus tutari poſſe partes antiquorum :
atqꝫ poſitionem:quam Nicolaus phyſicis interſerit:integerrimā ſuſtinere. ¶ Eſt
inquit operepretium:periculum ſumere hac in re:tum vt exercitatis ingenium dili
gentius inuigilet:tum vt poſſint diſcipuli tui deligere qꝺ videbitur elegantius:tu
tius:rōnabiliꝰ:altiꝰ. Ego inqꝫ faciā votis ſatis:ſi vnū tn̄ āte ꝑmonuero: Nil me ex
ꝓpoſito aut de induſtria dictū eſſe:qꝺ aut offenſū ſit aures audiētiū:aut ꝯtraire
poſſit ſacroſanctis Romane eccleſie aut poſitionibus aut inſtitutis. ¶ Huius rei
teſtimonium fuerit hec mea dedicatio. ¶ Libellum.n.hunc impulſione tua ſcriben
dum a me hodie Reuerendiſſimo.d.Hieronymo:qui extat eccleſie Romane mem
brum ⁊ nobile ⁊ egregium:qui adeſt hic preſto:deuoueo:dedico:commēdo. Et ego
inquit illum accipio:atqꝫ littrificis ere cudendum ſponte ſuſcipio. ¶ Verum vt ani
mus auditoris docilis attentuſqꝫ reddatur:partias librum tuum:⁊ quid in vnaqua
qꝫ partium ſis facturus ediſſere. ¶ Bene inqꝫ cōmemoras. ¶ Intellectum.n. etiā
inſtruit huiuſcemodi partitio. ¶ In tres itaqꝫ partes diuidendus occurrit : quas
diſtincte per capita preſignabimus:In quarū duabus hic ordo ſeruabitur . ¶ Pre
mitto.n.primo que reſolutioni argumentorum Stephani ſuffragantur. ¶ Arguā
ſecundo in poſitiones eiuſdem e ſuis argumentis elicitas . ¶ Reſpondebo tertio
ad argumenta ſua. ¶ Quarto loco arguam contra ea:que fuerint cōtra eum a me
dicta. ¶ Quinto ſoluentur argumenta ipſa mea. ¶ In tertia vero aliqua premittā
primo ⁊ principaliter. Scdō vero ad argumenta ipſius magiſtri Stephani rn̄debo
Tres ergo prime principales ptes ita diſtinguūt ipſe ſeſe:vt hic ſit ordo libelli mei
atqꝫ diſtinctio.

## Argumentatiões in Formalitates ſupraſcriptas. vt veritas magis eluceſcat feliciter incipiunt.

In hac prima parte nititur Doctor iſte improbare diſtinctioné ex natura rei tantum atq3 diſtinctionem ex natura rei cũ idemptitate formali ſe compati: Pro cuius poſitionis impugnatiõe premitto: quod natura ſm q̃ȯ natura: quecunq3 ſit illa: cum ſapiat rationem nature cõmuniſſime ſumpte: eſt ex ſe cõmũicabilis actu: ita quod nõ repugnat ei eſſe cõmunicatam de facto: ipſa eadem vna remanẽte: etiam ſi daretur ipſam vt preciſe naturam habere actualem exiſtentiam. ¶ Hec concluſio probatur: quia qua ratione illud primum: cui cõmunicatur: ſi detur tale: quoniam non repugnat eſſe dabile tale: vel primum tempore vel origine: vel natura: Illud inquam primum qua ratione conſtituitur i actuali exiſtentia cum natura: quia datur ei ſic exiſtere per naturam: vt patet: eadem ratione ⁊ quodcunq3 aliud. ¶ Sed in illo primo: in illo priori: quo natura cõmunicat: inuenitur tota natura vt ſingularis ⁊ hec. ergo ⁊ in quocunq3 alio nõ repugnat inueniri. ¶ Non enim maior ratio de vno q̃3 de alio: vt illãmet naturam non contineat. ¶ Hec ratio confirmatur per illud: quod hab3 alta ſpeculatio noſtre theologie. ¶ Speculamur. n. ⁊ videmus diuinam eſſentiam cõmunicari tribus ſuppoſitis: ipſa remanente vna eadem ⁊ ſingulari. ¶ Que enim eſt in perſona patris: illa eadémet eſt in perſona ſecunda ⁊ tertia trinitatis benedicte. Et iſta deductio maxime valet: ſi de conſtitutiuis diuinarum perſonarum: ea poſitio teneatur: quam ſecũdo loco ſubtilis Doctor exequitur. Cum ergo natura in ſua cõmunitate cõmuniſſime ſumpta contineat etiam naturam diuinam: ſequitur: quod nature create: ſm quod natura eſt: ⁊ ſub ratione nature communiſſime ſumpte: non repugnat eſſe cõmunicatam actu de facto: multis ſuppoſitis vel indiuiduis vel ſingularibus: ipſa eade3 remanente vna ſingulari vnitate: ⁊ vnica ſingularitate: que eidem conuenire põt. Hanc autem non repugnantiam ad cõmunicatam eſſe circumloquimur per hoc totum: cõmunicabile multis actu: vt ſubaudias: quantũ eſt ex ſe. ¶ Uerum quoniam natura finita (nam contrahitur natura ſicut ⁊ eius per modos intrinſecos) in eo quod recipit illam indifferentia3 ⁊ illam cõmunicabilitatem actu: eſt per aliquod ipſius nature perfectiuum contrahibilis: Ideo ex pte ipſoꝝ cõtractiuoꝝ: que ſunt a. b. c. non poteſt ſic actu cõmunicata iam eſſe: vt remaneat ipſa eadem vna cu3 vno que ⁊ cum alio contractiuo propter variam exigentiam ipſorum contrahentium. que ſic ſe hñt: quod ita ſe partiunt: ac alterum ſeiungitur ab altero: quod in nullo conueniunt: inquãtum vltimate differunt, ⁊ hoc poſcit ipſa natura rei: que finitaté

perficit in natura terminabili:finibili:⁊ limitabili. ergo licet natura ſit de ſe vna in
omnibus:ex eo quod communicabilis:non tamen ex eo:quod extat contrahibilis.
¶ Contrahibilitas.n.id agit:vt prima ratio nature: de qua ſupra actualiter non
poſſit exiſtere:ſed tantum potentialiter cum actualiter contrahentibus:Quia ſi ſic
actualiter exiſteret nunq̄ finiretur:q: infinite actualitatis eſſet in multis:cum illo
rum ſicut nullum:ita nec omnia iam finirēt aut diſtinguerent:quod ſoli nature infi
nite competere clarum eſt. ¶ Eſt ergo alia in eo quod contrahitur ab.a. alia in eo
quod contrahitur a.b.alia in eo quod contrahitur a.c.⁊ ſic d̄ alijs ſingulis. ¶ Alie
tatem quoq; ipſius nature inferioribus comparate conſtat eſſe duplicem: q: natu
ra vt natura:eſt perfectior actus:q̄; id quod contrahit naturam:puta.a.vel.b. quia
natura eſt id:quo exiſtens exiſtit:vel quo eſt quidditatiue ens: quod eſt perfectio
nis ſimpl'r. ¶ Contrahens autem eſt limitans ⁊ determinans id exiſtere nature:
quod eſt imperfectionis ſimpl'r:⁊ ſic conſtat naturam vt naturā eſſe aliam ab eo: a
quo contrahitur alietate non quidditatiua:ſed realitatis ⁊ realitatis:vt vult Sco
tus in ſecūdo di.tertia.q.ſexta in reſponſione ad argumentum ſiue ad obiectionem
motam in reſponſione ad queſtionem:Quia natura non eſt hec realitas:que eſt.a.
vel.b.vt patet:q: prius natura eſt ipſa natura q̄; contrahatur:igitur ⁊c. ¶ Conſtat
autem:quod talia contrahentia non continentur in natura vt inferius quiddam.
¶ Inferiora enim in ſuperioribus potentia continentur. ¶ Differentie vero mini
me:cum ſint naturaꝝ actus vltimati. ¶ Natura etiam ſecundum quod natura: ⁊ vt
v; eſt cōmunicabilis multis actu:in ratione q̄ ſupra:dum v; eſt ratio talis diffini
tiue per ſuum eſſentialiter eſſe tale:cum ſit potentiale quoddam circumſcribens ali
quem actum actualis exiſtentie (de natura limitata nunc loquor) eſt actus imper
fectior ſe ipſa vt iam actuata diſtincte:q: habere actualem exiſtentiam a quocunq;
diſtinctam:non vlterius progrediendo:eſt perfectionis ſimpliciter. ¶ Signanter
id dixi:q: ſi actuali exiſtentie derminatio accedat limitatioq; nature: impfectiōis
eſt:vt ſupra diximus. ¶ Perſone.n.diuine actual'r exiſtūt a ſe inuicē diſtincte non
diſtincta natura in eis:licet ab alijs:que nō ſunt idē quod ipſa:diſtinguatur. ⁊ ipſa
actual'r exiſtens ex ſe ipſa:non diſtincta per aliud:neq; limitata:eadem natura:que
eſt vna ⁊ par in ſingulis:que eſt vna ſimul in oībus:Et qm̄ natura limitabilis ⁊ de
terminabilis:cum exiſtit diſtinguit vt partes:q: ad diſtinctionē cōtrahētiū eſt ipſa
diſtincta quodāmodo a ſemetipſa:q: partialem reddunt ſic exiſtentem ad primā ſui
rōnem:de qua ſupra:vt cōmunicabilem preciſe cōparatam iā ad ſuū actual'r exiſtere
accedit impfectio.Ex his clare p; colligi poſſe:naturā differre aliter a contrahente
ſuo:aliter a ſe exiſtente actu:que ante fuerat potētiale iam multiplex. ¶ Prima.n.
differentia:cum ortū habeat a diuerſis realitatibus: differentiā formalem ſignat.
¶ Secūda vero:cū ortū habeat ab eo qđ ē idē ibi impfectius:⁊ hoc hic eſſe pfecti⁹:
differētiā aliam minorē vtiq; deſignabit. ¶ Hanc dr̄iam ex natura rei tm̄ nūcupa
uere. ¶ Perfectius.n.⁊ impfectius nō mutat rei ſubſtātiam:vt de habitu ⁊ diſpoſi
tione cōſtat. ¶ Hāc theoricā diſtinctionis nature de pleriſq; locis Doc. noſtri ſub.
elicui fideliter ⁊ ſcite. Diſtinctionē itaq; formalē ⁊ diſtinctionē ex natura rei ra
tionabil'r inuenimus. Illud ēt ſupponēdo iuxta Doc.noſtri ſentētiā cōſenſumq; mul
toꝝ ac rōnē ad id cogētē: qđ v; diſtinctio formalis:ex multiplicitate q̄dditatū: ſiue
vbi q̄dditas eſſe nō pōt ex multiplicitate realitatū reſultare manifeſte dignoſcitur.

¶ Quod ſi ergo:vbi quidditas ⁊ qdditas nõ adeſt:ſeu realitas ⁊ realitas : ibi tñ
circũſcripto omni intellectu reſultat aliqua differentia:ſatis claret ex dictis aliã re
ſultare:que mino: ẽ. ¶ Hãc nõ niſi ex natura rei tñ differẽtiam nuncupauimus .
¶ Natura.n.ſm qȯ natura :⁊ ipſa eadẽ ſm qȯ actualr̃ exiſtẽs:nec eſt duplex qddi
tas nec alterna realitas.¶ Sed tñ vt actualr̃ exiſtẽs:differt a ſemet vt potẽtialis
in ſingulis:aut potẽtialis ad ſingula:hoc aũt ſic differre minus eſſe eo:qȯ inter qd
ditates ſeu realitates diuerſas intercedit:clariſſime cõſtat.¶ Diuerſa igitur noĩa
ſo:tiant hec:ſic differre neceſſe ẽ.¶ Ex his lꝫ inferre qȯ ſupio:a in rõne pciſa ſupio
rũ inferio:ibus ſub rõne pciſa inferioꝝ vt cõtrahibiliũ cõparata nõ ſunt qdditas ⁊
qdditas ſeu rõ diuerſa:q: inferiꝰ vnũquodqꝫ ẽ natura ipſa in partẽ deducta cõtra
hentẽ.⁊ iõ dr̃ inferio: :q: cõtrahibilis cõtractaqꝫ de facto:qȯ eſt inferio:ẽ tenere lo
cũ ab eo:q fuerat nature vt non contracte:quã partẽ:qm̃ ẽ cuidã toti reſultabili in
tima:ipſa natura admittit in totũ:qȯ totũ qm̃ eſt potẽtialr̃ ipſa:que p:io: :⁊ ipſa vt
totũ extat ſemp potentialis vt p:ius:vt abſtrahibilis a parte: ⁊ ydificabiliter de eo:
p:edicabilis:qȯ quaſi quoddã totũ pars ipſa fo:mauerat . ¶ Ex hoc colligere licet
qũo ſaluari poſſit qȯ a multis dr̃:inferio:a a ſupio:ibus rõne differre.¶ Cuꝫ.n. ſu
perius p modũ totius app:op:iate diffinit( vt verbis Docto:is ſub.vtar ).i. cũ na
ture in rõne pciſa nature qcqd eſſe põt actualis exiſtẽtie tribuimus:q: ipſa ẽ quo
aliqd eſt qdditatiue ens:vel actualr̃ exiſtere põt:vt ſupius eſt dictũ:illud ſuperius
rationẽ diffinitionis annectit inferio:i comparatum in pdicatione fo:mali: nec ſic
qdditatiue diſtat ab illo:q: qȯ ẽ diffinitũ:hoc ⁊ partes diffinitionis ſimul ſumpte
cũ omnis bona diffinitio cũ ſuo diffinito cõuertibilis perſeueret.¶ Ex partibus.n.
ſimul ſumptis reſultat vna totalitas ( vt ſub.Doc.luculenter exequit̃ ). Que quali
differentia diſtet a partibus.¶ Ex hoc põt inferri:qȯ omnino cõuertunt̃ partes ſi
mul ſumpte cũ totalitate reſultante. Homo.n. dicit Doc. hꝫ vnitatẽ quandã ⁊ en
titatẽ aliam ab iſtis partibus ẽt vnitis:nõ tñ partialẽ entitatẽ: que cũ iſtis faciat
cõpoſitũ:quaſi intelligat hic Doc.quod nõ erunt qdditas ⁊ quidditas: imo nec rea
litas ⁊ realitas ſeo:ſum cõceptibiles:ſicuti ſunt differentia indiuidualis ⁊ natura
cõtracta:ipſe.n.ſunt abinuicẽ ſeo:ſum cõceptibiles.Totalitas aũt reſultans a parti
bus nequaqꝫ:q: ſine partibus cõſtituentibus ipſa totalitas eſſe non poteſt: atqꝫ ne
quit intelligi.Differentia vero indiuidualis circũſcripto eo:cuius eſt pars : intelli
gi poteſt:atqꝫ illud non eſt intrinſecum entitati eius:illaqꝫ poſita non ponitur hoc
niſi per accidens:vt ſeptimo methaphiſice philoſophus atteſtatur. Quod quid
erat eſſe rei inquit non niſi per accidens generatur . Sed alte:um quaſi potentia
partes ipſe videlicet:alteꝝ velut actus vtriuſqꝫ compoſiti:non iam vt compoſitio
nis ipſius cauſa:aut fo:ma info:mans:ſed vt fo:ma talis reſultans ab vtriſqꝫ : qȯ
vt habeat intelligi:parte ſecunda clarius elucebit. ¶ Natura igitur rei id habet :
vt quod in aliquo inſtanti nature eſt minus perfectus actus ⁊ in alio perfectio::id
a ſe tantum diſtet vt tale.¶ Natura autem rei ita habet:quod aliter res compoſi
te.i.ſimul poſite ſe habent fo:maliter ⁊ intrinſece:vt quedam totalitas reſultet ab
eis.aliter ſi maneant vt diſiuncte a computatiõe p:io:itatis nature:qua ambe par
tes ante ſunt compoſite q̃ꝫ intelligatur reſultare totalitas:Cum.n.ſic ſe habuerint
vnaqueqꝫ pars totalitati comparata quidditatiua differentia condiſtabit . Totali
tas.n.aliquid implicat:partem vꝫ alteram:que ab altera eſt altera aut quidditas

aut realitas.¶ Et ex natura igitur rei vno modo:⁊ formaliter alio modo totum di
ſtabit a partibus.¶ Ut igitur regrediar vnde digreſſus ſum:ſuperius per modū
totius appropriate diffinit:q: rationem diffinitionis ſemiplene connectit.¶ Quia
quod eſt virtualr̄ cauſa huius totius:puta hominis a parte ſubiecti : hoc cum illo
toto idemptificatur ⁊ ſiſtitur:⁊ hoc habet huius propoſitionis:homo eſt animal:ſen
ſus interior:vt alibi in queſtionibus logicalibus dixiſſe me volui. Quod ⁊ de eſſen
tiali differentia ſi predicetur intellige modo ſuo.¶ Tale ergo ſuperius vt ſic ab in
feriori ſuo ratione non differt.¶ Quod ſi comparetur ad inferius in ratione ſim
plicis apprehenſionis:non conſiderabitur vt cā totius alicuius:ſed vt pars idem
ptificabilis alicui toti per ipſam conſtituibili.¶ Doctore ēt ſubtili dicente in reſpō
ſione ſexti argumenti in queſtione illa vniuerſalium:vtrum genus predicetur d̄ ſpe
cie in fundamentis:quod animal predicatur de homine:quod ē indifferens ad idē
homini:⁊ ad aliud ab homine:verificatur tamen pro animali:quod eſt idem homi
ni.¶ Intelligo autem hic:Quod ⁊ ſi animal:quod eſt in homine re non differt ab
homine:differt tamen formaliter ab aliquo:quod ē in homine:vt clare cōſtat ex di
ctis:ergo animal:vt ſimpliciter apprehenſum ⁊ vt inferioribus comparatum nihil
aliud implicabit niſi multiplex indiuiduale animal potentionalr̄ in animali:ſm̄ qd̄
precise animal inuenibile:dicente Doctore ſubtili in prefata.q.in reſponſione ad no
num argumentū:qd̄ per ſe ſuppoſitū cōmunis tm̄ includit naturam ſui cōis non ſi
gnatam:⁊ nullum accidens.¶ Tale ergo ſuperius:vt ſic:ab inferiori ſuo nō differt
ratione formali.¶ Quod ſi autem ſuperius aliquod ad totum conſtitutum ex na
tura illa ⁊ aliquo contrahente in apprehēſione ſimplici comparauerimus:non ſolū
ex natura rei:ſed ⁊ formalr̄ differre iudicandū eſt.¶ Totum ſiquidem alteram in
ſe partem ( vt ſuperius intulimus ) continet actu:quā ab altera formaliter differ
re iam concluſum eſt.¶ Quare conſtat ex dictis quod antea inferendo propoſui :
inferiora.n.vt ſunt quedam tota conſtituta ex naturis ſuperioribus differentijſqꝫ
contrahentibus:vt in obiectatiōe ſimplici mouent intellectū:quidditatiue differre:
vt autem ſunt quedam partes ſuperiorum ſimpliciter ſubiectiue in potentia natu
rarum( vt ita dixerim )ſubiectate:non quidditatiue:ſed ex natura rei tantum pro
culdubio differre.¶ In illo enim priori nature:quo natura aliqua cōmunis compa
ratur ad inferius:ad ſe videlicet vt contrahibilem:nullum eſt ibi iam determinate
de facto contractiuum:quare ſola inferiora nature erunt ipſamet aliter ſe habens vt
iam ante diſcruimus.

¶ His ſic ſuppoſitis duo faciam. ¶ Primo arguam contra poſitionem primam
Magiſtri Stephani:ſoluendo eius argumenta. ¶ Secundo arguam contra poſi
tionem meam:⁊ reſpondebo ad argumenta mea.

¶ Circa primū:Poſitio Magiſtri Stephani eſt talis: Nulla eſt diſtinctio ex na
tura rei minor diſtinctione formali ⁊c̄. ¶ Contra hanc poſitionem arguo ſic : Ali
qua diſtinguūtur a ſemetipſis vt perfectum ⁊ imperfectum:⁊ non aliter:ergo ē da
re diſtinctioné ex natura rei tm̄ minor quacunqꝫ diſtinctione alia reali: ergo poſitio
falſa. Probatio añcedētis:natura vt natura:quecūqꝫ ſit illa : creata ⁊ limitata dif
fert a ſe ipſa vt actuata ⁊ in eē actualis exiſtētie d̄ducta:q: teſte doc.ſub.differt res
i eē cognito a ſe ipſa vt ē exiſtēs:ſꝫ ñ diſtictiōe rōnis tm̄:q: ſecluſo quocūqꝫ itellectu

illa natura eſt ſic natura:patet :cum conſideratur in eſſe quidditatiuo ſimpliciter: vt vult idem doctor. Neq3 diſtinctione formali ⁊ quidditatiua:quia tali ét tantum diſtinctõe ⁊ nõ vlterio: differt a ſuo contrahẽte:vt p3 per eundem doc. ergo diſtiguitur alia diſtinctione mino:i. Probatio cõſequẽtie:quia ſi non: ergo diſtinguitur diſtinctione formali:Conſequens eſt falſum:ergo ⁊ antecedẽs. Falſitas conſequentis patet per doctorẽ ſubtilem in p:imo di.8.q.3.in reſponſione ad argumẽta ibi:Sed hic eſt vnũ dubiũ:Ubi expreſſe vult doctor:quod ſi qs haberet cõceptum de re:ſecluſo modo intrinſeco:haberet illũ conceptũ differentẽ ab eo conceptu qui eſſet de re ſimul cũ modo intrinſeco:ſed non eo modo tñ differẽtem:ſicut ille:q habetur de realitate vna:ab eo:qui haberetur de realitate altera:quaſi innuat : qđ realitas ⁊ realitas ſunt fo:malitates diſtincte:quarum vnaqueq3 per ſe ſeo:ſum eſt perfecte nata mouere intellectũ ſecluſo quocunq3 alio:quod ⁊ de diuerſis quidditatibus multomagis intelligẽdum eſt:vt vult idem docto:. ¶ Res vero ⁊ modus eius intrinſecus nõ ſunt realitas ⁊ realitas:vt idem ipſe doc.ibidem vult expreſſe: cum dicit:Iſtud poteſt ſic declarari.Si ponamus aliquem intellectum perfecte moueri a colo:e ad intelligẽdum realitatem colo:is ⁊ realitatem differentie quantũcũq3 habeat perfectum conceptũ adequatum p:ime realitati : non tamen hab3 in hoc conceptum realitatis:a quo accipitur differentia :nec econuerſo : ſed hab3 ibi duo obiecta fo:malia:que nata ſunt terminare conceptus p:op:ios diſtinctos . Si autem tñ eſſ3 diſtinctio in re ſicut realitatis ⁊ ſui modi intrinſeci rei:nõ poſſ3 itellectus habere p:op:ium cõceptum illius realitatis ⁊ nõ habere conceptum illius modi intrinſeci rei:ſaltem vt modi:ſub quo conciperetur:licet ille modus nõ conciperetur:ſicut de ſingularitate concepta ⁊ modo:ſub quo dicitur concipi : vt p3 alibi .hec ille.¶ Si igitur cõceptus de re nõ comp:ehenſa ſub modo eius intrinſeco: ſed ⁊ de re ipſa ſecluſo illo modo nõ eſt alius ab eo:quo cõcipitur res ſub modo illo:niſi quia perfectio: hic ⁊ imperfectio: ibi:nõ video:quare nõ differat conceptus ad differentiam rei concepte.¶ Sed res cõcepta ſub modo aut ſine modo ſemper eſt eadẽ:q: eadẽ quidditas.¶ Modus.n.intrinſecus non variat quidditatem rei: vt vult idem docto:.¶ Imo eſt eadem realitas:aut ſic aut ſic cõcepta:q: modus ẽ gđ rei:nõ autẽ diſtincta realitas:vt vult idem docto:. ¶ Conſtat ergo quare non diſtinguatur res amodo fo:maliter.¶ Diſtinguitur aũt diſtinctõne aliqua ſecluſo quocũq3 intellectu:ergo diſtinguitur diſtinctione aliqua mino:e.Illam diſtinctõe3 rei tantũ appello:ergo ẽ aliq̃ diſtinctio realiter in re ex natura rei mino: diſtinctõe fo:mali.¶ Si ergo hanc diſtinctionẽ colligimus inter rem modumq3 eius intrinſecum:nõ ẽ mino: ratio de eſſentia rei vt eſſentia:⁊ vt ẽ i eſſe actualis exiſtẽtie ꝺducta ab aliquo cõtractiuo:illo ſecluſo: Quia hũanitas eſt tñ humanitas vbicũq3 cõcipiatur.¶ Sit ita ergo:quod humanitas moueat intellectum:perfecte quide3 mouet:ſi concipiatur vt humanitas p:eciſſime:⁊ ſi concipiatur vt ſub modo contrahibili:vel iam contrahente ad inferio:a cognita:vbicũq3 enĩ3 ipſa ſit diſtinguitur fo:maliter a ſuo contractiuo:puta ab.a.teſte Doc.ſub.vbi ſup:a:a ſe ipſa vero minime niſi vt perfectum ⁊ imperfectum ⁊c.¶ Ex his patet antecedens illius p:imi argumenti ſimul ⁊ conſequentia p:ima ⁊ conſequenter ſecunda ⁊ per conſequẽs ſtat poſitio oppoſita poſitioni Nicolai ⁊ ſequacium.

¶ Nunc reſpondeo ad argumenta cõfirmantia poſitionem Magiſtri Sthephani.

¶ Ad primum: cum dicit. Quecunqȝ diſtinguunt ex natura rei diſtinguunt forma
liter. Nego. Ad probationem: cum dicit. Quecunqȝ diſtinguunt ex natura rei dicũt
aliam ⁊ aliam rationem formalem: Nego. Ad probationem: nego illa omnia: que cõ
memorat: diſcurrendo: de ſuperiori videlicet ⁊ inferiori. Et quum dicit ꝙ ſuperiꝰ ⁊
inferius habent aliam ⁊ aliam rationem formalem: nego hoc eſſe ſimpliciter verũ:
⁊ rõ pȝ in notabili. ¶ Et quando dicit: quod ratio ſuperioris eſt commũicabilis. ⁊c.
dico: quod nihil facit ad rem: qꝛ ratio ſortis dicit humanitatem cum differentia in
diuiduali: ratio autem hominis minime. Et ideo illa eſt etiam communicabilis: cũ
eſt in Sorte: ſm quod non repugnat ei eſſe circũſcripta indiuiduabilitate illa. De
toto ⁊ partibus: ⁊ quando dicit: eadem ratio formalis non eſt conſtituta ⁊ non con
ſtituta: dico: quod partes nec ſunt conſiderande conſtitute: nec non conſtitute: ſȝ be
ne conſtituentes ipſum totum: ſed non ſm quod partes: ſed ſm quod vnite. Unio
eſt ergo: que conſtituit formalr̃: quia mediuȝ: quo reſultat ipſa totalitas. ¶ Impro
prie ergo dicit partes conſtituunt. ¶ Si ergo totum non conſtituit neqȝ partes vt
ſic: non ergo eſt alia rõ totius ⁊ partium ꝑ hoc. ¶ Et dato: quod conſtituerent: ſȝ
non eſt eadem ratio partium vt partes ſunt ⁊ ipſius totius: vt iam patuit. Sed be
ne eſt eadem rõ totius ⁊ partium eo modo: quo ſupra: Et tunc partes non conſti
tuunt nec conſtituunt: ſicut nec ipſum totum. ¶ De re ⁊ modo intrinſeco eius: ⁊ qñ
dicit dubitando de diſtinctione modi intrinſeci a re: cuius eſt modus: quod ad di
ſtinctionem formalem requirit quidditas ⁊ quidditas: hoc eſt falſum: imo ſufficit
realitas ⁊ realitas: (vt vult doc. ſub. expreſſe:) que realitas ⁊ realitas non eſt i mo
dis intrinſecis. De diffinitione etiam ⁊ diffinito ſimiliter eſt negandum. Et rõ
etiam negationis pȝ ex his: que ſupra dixi: tum differendo: tum arguendo: quoniã
ſi ſane ⁊ recto modo accipiant iſta omnia: non ſunt realitas ⁊ realitas aut quidditas
⁊ quidditas: modo quo viſum eſt: ſed vnum alteri comparatum eſt vt quid perfe
ctius ⁊ imperfectius. quare ⁊c. Et cum dicit: quod ratio formalis diffiniti ẽ alia
a rõne formali diffinitionis: diſtinguo ſicut de toto ⁊ partibus: vt ſupra iam viſum
eſt: ⁊ ſic habȝ intelligi doctor noſter in loco: quem allegat. Ex his pȝ reſponſio
ad oĩa illius argumẽti primi. Ad ꝯfirmatõem illiꝰ argumẽti: Nego minorē. Ad
ꝓbatõem: cũ dicit: qȝ eſt ſufficiẽter ꝓbata: nego: ⁊ rõ colligit ex ſupradictis. ¶ Ad
ſecundũ argu. principale: cum poſt ſuppoſitionẽ factã dicit: qȝ aut intellectus intel
ligit ſupiꝰ ⁊ inferius vt diuerſa obiecta formalia: aut preciſe vt idẽ obiectũ. Nõ
ſecundo modo. Concedo. Et cum dic: ſi primo modo ⁊c. nego totam primaȝ par
tem antecedentis ſimul ⁊ conſequentiam. ¶ Et rõ eſt: quia ſuperius ⁊ inferius di
ſtinguunt vt pfectũ ⁊ minus pfectũ in ſua pciſiõe ſumpta: modo quo ſupra. ¶ Ad
ꝓbatõem: dico: quod illud verũ eſt in ſe: ſed nõ ꝓbat: qȝ ſupius ⁊ inferius diſtinguã
tur illo modo. ¶ Et cum di cit: quod eodem modo poſſȝ argui de diffinitione ⁊ dif
finito: nego: ⁊ ratio: vt ſupra. Ex his conſtat: non ſequi quod vltimo dicit in cal
ce totius argumenti. Ad tertiũ argumentum. Ad ſuppoſitionem autem: quã
facit: dico ſalua reuerentia: qȝ ſuppõit: Doctorẽ vnũ inqrere ⁊ vno modo querere:
⁊ tamen bene illud querit: ⁊ alio modo querit qȝ ipſe magiſter Stephanꝰ exiſtimet
Quod ſic declaro: Doc. ſub. in primo in ſa pte di. ſe in rñſione prime. q. allegate p
Magiſtrũ Stephanũ: rñdet: quõ ſimul ſtent vnitas eſſentie ⁊ trinitas pſonaȝ. hec
inueſtigatio nulli prorſus cõpetere põt: niſi eſſentie illi diuine infinite: qꝛ omnis eſ

ſentia alia:deſcédés in ſuppoſita vel inferiora ſua ꝯbiſ ab eis:⁊ pluriſicaſ in eis plu
rificatis ipſis. ¶ Diuerſificaſ itaqꝫ eſſentia talis ꝑ ꝯctóem taliū:ſicut ſupra iam vi
ſum eſt. ¶ In reſpóſione igiſ illius qóniſ inter inueſtigādū talem vnitaté eſſentie
cū pluriſicatione ſuppoſitoꝝ:ſiſtit ſemꝑ intra metas illius nature. ¶ Primo ergo
ab eo loco:qui incipit. Ad videndū autem iſtā compoſſibilitaté:vſqꝫ ad eum locū :
Hoc ét arguiſ ex parte rónis ſuppoſiti:ꝓbat rationibꝰ efficaciſſimis:eſſentiā diui
nā compoſſibilé eé pluribus ſuppoſitis. ¶ Verū eſt:qḋ ibi apoſtrophat ad naturā
communiſſime ſumptā. Non:qꝛ natura communiſſime ſumpta héat hoc propriū ꝑꝑ
alias naturas a natura diuina in ſe repatas:Sed quia magis ideo hoc eſt in illis
naturis:qꝛ eminéter hoc reperiſ in natura diuina.vt ſupius declaratum eſt . De
hinc ab eo loco hoc ét arguiſ ⁊c.vſqꝫ ad eū locū:qui incipit:Sed hic reſtat vlterior
difficultas:Probat plura ſuppoſita eé compoſſibilia in eadé natura:⁊ tñ eadem il
la a ſe inuicé diſtingui. Nec tñ hic intelligédū eſt:vt iam ante diximus : Docto
rem egredi ꝓpoſitū iā ceptū:vt pꝫ in exemplis:que ſubinfert declarantibꝰ ſeu ma
nuducétibus ad propoſitū. Et ab eo loco:Sed hic reſtat.⁊c.vſqꝫ ad eū locū:qui inci
pit:Secūdo oꝫ videre.⁊c. Probat ipa ét ſuppoſita differre ab eſſentia:qa eſſentia:
cum ſit vna:⁊ non pluriſiceſ:pluriſicatis tñ ſuppoſitis vr̄ ab illis diſtingui : Et ſic
ſemꝑ compando ſuppoſita diuina ad eſſentiā diuinā nunqꝫ digreditur ab eo : quod
ceperat:niſi quod apoſtrophat ad diſtinctioné:que eſt in itellectu commūiter ſum
pto inuéibilis:que dr̄ diſtinctio modi ꝯcipiédi:⁊ hec verſatur circa idem obiectum
formale:⁊ ꝓbat efficaciſſime hanc non ꝯuéire Deo in hoc ꝓpoſito. Subinfert er
go aliam:que eſt maior ipa:que verſaſ circa obiecta diuerſa formalia : quam cóclu
dit conuenire in eſſentia diuina comparata ad ſuppoſita:⁊ econtra : propter hoc ta
men non concludiſ:quod non poſſit eſſe alia prior illa ſeu minor illa: quaꝫ tamé hic
non interſerit :qꝛ nihil faceret ad propoſitum:vt pꝫ intuenti naturam talis diſtin
ctionis:de qua ſupra ſatis eſt dcm̄. ¶ Natura.n.diuina nó pōt cóparari ad ſe tanqꝫ
ꝑfectū ⁊ imꝑfectū:qḋ pꝫ poſſe fieri de natura creata. ¶ Quare aūt magis adduxe
rit in ſua ſufficienti diuiſione diſtinctioné modi cócipiédi qꝫ diſtinctóem ex natura
rei tm̄:pꝫ intuenti:qꝛ diſtinctō ratónis in actu intelligédi vr̄ magis occurrere. Cū
ergo ꝓbauerit:illam non adminiculari intellectui diuino intelligéti in hoc propoſi
to:imo potius adducere cófuſioné ⁊ icouéiens:ideo ſe tranſtulit ad eam: que nul
lum facit inconuéiés. ¶ Diſtinctio aūt ex natura rei eēꝫ maximi incóuéientis occa
ſio:ſola ét ꝑtractatóe ſui in hac pn̄ti materia. Demū igiſ ab eo loco : Secūdo oꝫ
videre.⁊c.vſqꝫ in finé rn̄ſionis ad.q.q̄lis ſit hec diſtinctio:qua diſtinguūſ ſuppoſita
a natura:⁊ eꝯ:ideſt quo nomine céſeanſ:exeqtur :⁊ vt hoc clarius efficiat: Premit
tit differentiā general'r ſumptā eé bimembrem:qꝛ altera maior:altera minor :⁊ hāc
minoré ex maiori poſſe colligi māifeſtat. Differétiā rurſus ſubdiuidés: ⁊ in rebus
⁊ in intellectu eſſe affirmat. ¶ In rebus rurſus duplicem eſſe cenſet:eam.ſ.que eſt
ſuppoſitoꝝ:⁊ eam:que naturarum. ¶ Inter ſuppoſitum.n.⁊ ſuppoſitum cadit expſ
ſa differentia:⁊ inter naturam ⁊ naturam ſil'r:lꝫ aliquādo diuerſe nature vnū effici
ant ſuppoſitū:vt animalitas ⁊ corporeitas ſuppoſitū hominis vel equi. ¶ In intel
lectu aliā differentiā expreſſam cóſtituit modoꝝ.ſ.concipiédi ⁊ obiectoꝝ formaliū .
Expſſa.n.differétia é inter diuerſum modū ꝯcipiendi idé obiectū formale : ⁊ diuer
ſum actū concipiédi diuerſa obiecta formalia. ¶ Primo correſpódet diuerſitas in

tētionis in intellectu tm̄:que occaſionalr̄ tm̄ trahitur a re ipa:ꝫ vna eademqꝫ for
maliter obiectata:vt alias viſum ē in logicalib⁹. ¶ Secūdo correſpōdet qdditas
diuerſa aut diuerſa realitas. ¶ Diuerſitas aūt realis illa maior eſt:que aut diuerſa
ſuppoſita:aut naturas diuerſas introſpicit. ¶ Ubicunqꝫ ergo diuerſitatē aliqꝫ cir
cūſcripto intellectu colligere poſſumus in re aliqua:⁊ tamen neqꝫ diuerſitatē ſup
poſitorum neqꝫ diuerſitatem naturarum implicat:eam minorem eſſe colligimus
in ordine earum : que in natura diuina ante oēm actū intellect⁹. ¶ quātū ad ꝓpoſitū
attinet ↄinueniri poteſt:⁊ iō dicit Doc.ibi:Ex his cōcluditur differentia hic intēta:
que eſt imanifeſta:q: minima in ſuo ordine.i.inter omnes:que precedūt intellectio
nem. Bene ergo dicit:differentia hic intenta:⁊ talis eſt minima in ſuo ordine:vt
ipſe declarat in littera:⁊ eſt illa:que eſt intenta hic:quaſi non excludat alibi poſſe
eſſe minorem in hoc ordine. Inter eas.n.que p̄cedant intellectionem in eſſentijs
alijs ab eſſentia diuina:eſt ea:quā ſupra primo notādo rōnabilr̄ inuenimus:⁊ ex do
ctrina ipſiuſmet Doc.cōprobauimus. Pꝫ ergo ex dictis:qꝺ Doc. nō querit vni
uerſalr̄ diſtinctionē minorem in ordine eax:que p̄cedunt actū intellectus:ſꝫ tm̄ eam
minorē in ordine eax:que p̄cedūt actū intellectus in diuinis reperibilē. Cōſtat
igitur:qꝺ ſuppoſitio Magiſtri Stephani nihil ad rem:q: nō ſeqꝫ:inueſtigat diſtin
ctōem formalē inter rōnē eſſentie diuine ⁊ rōnem ſuppoſiti :⁊ nullā aliā aut inuenit
aut querit ibi:igiꝫ nulla minor eſt alibi. Ex his ēt clare reſpōdeꝫ ad illud:cū dicit
ex quo mātfeſte pꝫ:qꝺ doctor nō ſentētialr̄ tm̄:ſꝫ ēt verbalr̄ pōit diſtinctōeꝫ formalē
ſeu nō idēptitatē eſſe minimā inter oēs precedētes intellectionē:q: hoc v̄um ē in or
dine eax:que ſunt in ꝓpoſito repibiles. Unde negaꝫ ex hoc illa ↄſequētia : Nulla
ergo ē minor diſtinctio ex natura rei diſtinctiōe formali:q: imo ē alia:que vocaꝫ ex
natura rei tm̄:vt ſupra ꝓbatū ē ex ipſius doctoris ſentētia ⁊ rōne incōuincibili: licꝫ
hec nō ſit in diuinis ⁊ in ꝓpoſito doctoris repibilis. ¶ Ex hoc poſtremo rn̄detur
ad illud:qn̄ dicit:qꝺ ſm Scotū ſuperiora diſtinguūtur formalr̄ a ſuis inferioribus
⁊ maxime ſi dcm̄ doctoris:quod allegat:replicādo declarauero. In illa.n.di.⁊.q. di.
15.ſi.q.2.ibi:Iō dico aliter ſm Dionyſiū:nihil aliud habeꝫ:niſi qꝺ vnūquodqꝫ infe
riorꝫ ſm ſe totū diſtinguiꝫ formalr̄ a ſuperiore ſuo:quoniam inferius cum differētia
contrahente eſt illa res:a qua omne ſuperius accipitur vſqꝫ ad ens:⁊ quoniam in
apprehenſione ſimplici intellectus abſtrahitur ab illo toto inferiori natura preciſe
ſuperior:ideo hoc modo a ſuperiore,quidditatiue diſtinguitur inferius:⁊ econtra.
¶ Quod ſi predicatio fiat atqꝫ complexio (vt ex alio loco ipſius doctoris habe
ri poteſt : vt antea iam diximus : ↄtunc cum natura ſuperior in ſua concretione
concipitur atqꝫ componitur:intelligitur eo modo illi inferiori ſuo conformari: quo
eſt de illo verificabilis. ¶ Modo de illo verificatur:ſi intelligatur ſub nomine con
creto importante ſuppoſitum vel indiuiduum:per connotationem videlicet reſtri
ctionis nature ad ſuppoſitum vel indiuiduum:vt in qōmbus logicalib⁹ dixiſſe me
memini:⁊ ſic nō vt natura ſolum:ſed vt natura determinate contrahibilis. ¶ Quā
do ergo dicit:pꝫ igiꝫ clare:quod omnia ſuperiora continentur vnitiue in ſuis inferio
bus:cōcedo. Et cum ſubinfert:qꝺ ad talē cōtinētiā reqraꝫ : qꝺ cōtenta diſtinguanꝫ
formalr̄ a cōtinēte:cōcedo:q: niſi ſic eſſet:in illo priori:anteqꝫ vniantur : non eſſent
vnibilia:vt innuit aperte Doctor ſubtilis : ibi: nec aliud haberi poteſt. ¶ Non
ergo negat ibi : quin in predicatione formali ſuperioris de inferiori intelligi

poſſit idemptitas formalis: ⁊ cum loquat ibi de vnione reali in fundamētis: ſeqt : qđ in iſta pdicatione: hō eſt aīal: non eſſet vnibilitas: niſi eſſet aliquid in homine: qđ formalr differret ab animali. ❡ Modo hoc erit aliqua realitas: illa aūt erit differētia eſſentialis: que in illo priori: anteq̄ cōtrahat animal: differt ab eo taliter. ❡ Ex his etiam omnibus pꝫ reſponſio ad argumentū quartum: pauciſſimis replicatis . ❡ Cū.n. occaſione ſumpta a deſcriptione eorum dicit: ſequit contra eos: qđ ſuperi⁹ ⁊ inferius diſtinguunt formalr: ſimiliter totum ⁊ partes: diffinitio ⁊ diffinitum: diſtinguo: q: aut iſta omnia capiunt vt a primo actu intellectus diſtincte conceptibilia: ⁊ ſic concedo: aut capiuntur vt ſecundo actu intellectus: aut ſimul conceptibilia : ⁊ ſic nego. Vbicūq̄ igitur doctor inuit talia diſtingui formalr: ita vult intelligi per ea: que ante dicta ſunt. ❡ Ad formam igit argumenti cū dicit: Quecunq̄ extrema ſic ſe habent: quod vnum non includit aliud in primo modo dicēdi per ſe: illa diſtinguuntur formalr: concedo. Cum aūt dicit: Sed ſupius ⁊ inferius ⁊c. diſtinguo : quia aut capitur ſuperius ⁊ inferius ꝓprijſſime: vt ſupra habitū eſt: ⁊ ſic nego: q: tūc vnū continet aliud: ⁊ econtra: in primo modo dicendi per ſe: Aut capitur improprie : put ſ. inferius connotat ſecū nature cōtractiuū: ⁊ ſic concedo. Primo aūt modo procedit regula formalizantium: non autem ſecundo modo: ⁊ ſic ex illa bene infertur propoſitum: ⁊ cū ēt dicit: quod diffinitio non includit diffinitum: diſtinguo: aut realiter aut formaliter: ſi formaliter: ſic concedo: q: forma totius non eſt formalitates partium . ſi realiter : ſic nego: q: diffinitio.i. partes diffinitionis ſimul ſumpte idem penitus ſunt quod ſuum diffinitū: nec differunt niſi ex natura rei: prius.n. natura ſunt partes ipſe compoſite q̄ ex cōpoſitione reſultet illa totalitas: que totalitas eſt quedam formalitas: improprie tamen: vt infra patebit. ❡ Et ad rationem illius dicti: miror: cū expreſſe habeatur in topicis: quod a diffinitione ad diffinitum ⁊ econtra teneat argumentum in bona conſequentia formali. ⁊ in ſecundo priorum : vbi traditur ratio ſyllogiſmi circularis: habet: quod ſyllogiſmus circularis eſt vtilis demonſtratori : q: in terminis cōuertibilibus demonſtrat circulariter. Et lꝫ dicatur in primo poſte . quod circulo demonſtrare eſt impoſſibile: hoc verum demonſtratione potiſſima . ❡ Circulus ergo non poteſt fieri ſyllogizando : niſi in terminis conuertibilibus : Modo conuertibilia non eſſent que ratione diſtarent: vt patet intuenti de his que conuertunt per ſe primo: de quibus loquitur mea ratio: cui non obſtat illud philoſophi: quod propoſitiones per ſe non conuertuntur. ❡ Et quū dicit: quod predicatū dicitur per accidens de ſubiecto: hoc eſt verum: quando predicatum accipitur in ratione ſuperioris vniuerſalioris. ❡ Modo partes diffinitionis ſimul ſumpte ſe habent in eque non in plus. ❡ Similiter de partibus ⁊ toto dicendum eſt: ſicut de diffinitione ⁊ diffinito: quo ad diſtingui. Cetera: que ſequunt in calce argumenti ad tacitam queſtionē: non plus concludunt: niſi quod licet inferiora includant ſuperiora in primo modo dicendi per ſe: non tamen econuerſo: intelligendo ſemper de ſuperiori ⁊ inferiori: vt antea dicebat. Inferius.n. non connotando exhaurit ipſum q dem ſolum( q̄tum in ſe eſt ) naturam quidem totam: vt elici poteſt ex dictis in principio atq̄ alibi .

Circa ſecundum arguo nūc contra poſitionē meā: ⁊ maxime cōtra poſitionem illius antecedētis: ⁊ arguo ſic: Nulla natura creata ſeu limitata differt a ſe ipſa vt actuata ⁊ in eſſe actualis exiſtentie deducta: ergo nulla differt a ſe ipſa vt pfectum

ab impfecto:ergo nulla erit diſtinctio ex natura rei:neq; etiam formalis:ſic loco il
lius ab hoc doc.qué vis exponere:denominata:ergo quo ad hoc vtraq; opinio erit
falſa.¶ Probatio ãtecedentis: q: ſi ſic:quero que ſit illa natura?⁊ ſit humanitas.
¶ Quero túc:qñ nódũ é actuata:vtꝝ ſit aliqd vel nihil?Nó nihil:ergo aliquid:⁊ ſi
aliqd:túc erit p te idé ſibi vt actuate.¶ Quero tunc qd ſit illud aliqd?aut.n.ſi eét
hó cóſtabit ex anima ⁊ corpore:que ſunt partes phyſice:⁊ hoc nó:q: anima tunc nul
la é:neq; corpus:per caſum poſitũ:aut cóſtabit ex animalitate ⁊ rónalitate:que ſunt
partes methaphyſice:⁊ ſic ét p3:qð nó:q: ille partes aut ſunt ſolum in eſſe cognito
diuini intellectus:aut in eſſe actualis exiſtentie.Hoc vltimum non p3: quia cũ ſco
tiſte velint ſecundũ veram methaphyſicam:tales partes eſſentiales eſſe realitates
nuſq̃; implicabunt ſuppoſitum aliqð:⁊ ſic cóſtat non habere actualé exiſtentiã. Si
ſunt in eſſe cognito diuini intellectus:túc arguo ſic:Producere aliquid i eſſe cogni
to non eſt illud pducere in eſſe ſimpl'r:ſed ſm quid. ¶ Quero quid ſit illud quid?
⁊ cũ nihil inueneris:ſeqᷓ:qð nó é dãda aliqua vna natura:que differat a ſe tanq̃; p
fectum ⁊ impfectũ.⁊ ſi dixeris:qð illud qd:é quedã potétialitas.i. quedã non repu
gnantia ad eſſe aliqd:quero túc:ſi erit aliqd exiſtens:aut non?Non primũ:q: natu
ra quelibet:cũ recipiat ſuum eſſe a forma:⁊ forma ſit indiuiſibilis:ſeqᷓ:qð eſt indi
uiſibilis:⁊ ſic non erit aliquid exiſtens impfectum.¶ Nulla.n.ſubſtantia admittit
in eſſe ſuo rónem indeterminate perfectionis.¶ Accidentia vero:que hoc admit
tunt:non tamen ideo ſm ſui eſſe qdditatiuũ ſunt impfecta:l3 ſm ſui eſſe modifica
bile intrinſece.⁊ ſic talis modus nó eſt principal'r in natura vt natura actu reperibi
lis:ſed in actualiter exiſtentibus:que vt ſic:non cognoſcunᷓ ab intellectu: ergo nó
dabitur aliqd imperfectum:diſtinctũ a ſe vt perfectum modo:quo queſtio contine
bat.¶ Et ſic deductio illa modi intrinſeci ad probandã differentiã ex natura rei eſt
nulla.¶ Preterea ſuppoſito:quod illa natura in eſſe cognito ſaluetᷓ vt quid: ipſũ
mouet intellectum ſub róne totius eius:quod omnimode eſſential'r continetᷓ in ea.
ergo non dabiᷓ pfectius ⁊ impfectius.Antecedens eſt per ſe notũ:q: dato qð actua
liter exiſteret:addaᷓ differentia indiuidualis determinata:⁊ accidétia cómunia:nó
tñ pp hoc minus cognoſcunᷓ cũ natura:ea que ſunt ad naturã ptinentia.¶ Que ãt
non ſunt de qdditate ei⁹:ipſã; nó pficiũt.⁊ ex hoc ét p3 cóſequétia.ergo poſitio for
maliʒãtiũ ⁊ eoꝝ:q ponũt diſtinctioné ex natura rei tm̃:⁊ q ponũt diſtinctioné forma
lé cũ illa cóuertibilé?aut eam:que eſt minor ea:que eſt realis ⁊ eſſentialis:eſt falſa ⁊
nullo modo ſuſtinenda.¶ Preterea contra illud : qð natura é ex ſe cómunicabile
actu multis:⁊ illa multa nó poſſunt eé determinati nũeri:ſicut expreſſe p3:arguo ſic.
Si natura in róne nature ſumit pfectioné ab eo:qð é ſũmũ i natura:qð é eſſentia di
uina:nó plus pót q̃; ipſum:qð é ſummũ in ea:Sed eſſentia diuina nó dat eſſe actual'
exiſtétie niſi tribus ſuppoſitis:que ét ſunt relatiua:Ergo ⁊ quelibet alia natura nó
poterit illo amplius.ergo falſo dᷓ:qð nó repugnat ex ſe dare actualé exiſtétiã ppe
modũ infinitis.¶ Pro ſolutione iſtoꝝ argumétoꝝ pmitto quedã:Primũ: qð natu
ra vt natura trãſcendéter capta:vt v3 nó cóſideraᷓ vt in róne ꝑfectibilis:é aliqd po
tétiale entis.i.é aliqd exiſtibile:cui ex ſe nó repugnat exiſtere:l3 de ſe forte nó exi
ſtat.¶ Hec potétialitas ad exiſtere pculdubio nó é nihil:ſed é potétialitas talis:
quã diuinus intellect⁹ pducit in eſſe cognito:q: cognoſcit:ex eternis rónibus: quas
ipſa res h3 in deo:nó aliũde depédere: qð poſſit exiſtere.¶ Illud ergo poſſe exiſte

re:ẽ res ipſa i ẽẽ cognito ꝑducta?que:cũ ſit intrinſeca ſibi ipſi:hꝫ ex ſe.ſ. nõ ꝑ acci
dẽs ſꝫ cõſubſtãtialr̃:qȝ poſſit exiſtere.hꝫ ergo illud neceſſario:cũ rõ exiſtẽdi ei⁹ ſit
in ipa ẽẽntia diuina neceſſario. ¶ Qȝ aũt deducat̃ a poſſe illo ad ẽẽ:hoc nõ hꝫ ex ſe
ſꝫ a volũtate diuina determinãte qȝ fiat. ¶ Ex q̃ ſeqt̃:qȝ contingẽter fit:qñ fit. Pre
mitto ſcðo:qȝ illud poſſe eſſe ſemp cõcomitat̃ naturã quãcũqꝫ i eſſe actualis exiſten
tie deductã. ¶ Durabilitas.n.⁊ pſeuerãtia in eſſe:que ẽ cũ ipa re cõuertibilis:ſeruat
actũ primũ. ¶ Hinc ẽ:qȝ oĩs res fugit ſui corruptionẽ ⁊ annihilationẽ: Immo nul
la ẽ ãnihilabilis de ſe ẜm hãc potẽtiã:q: re poſita in eſſe actualis exiſtẽtie:iuxta pri
mũ eſſe cognitũ dei:nunqꝫ de facto annihilabit̃:lꝫ nõ repugnet deo:iuxta hãc actua
lẽ exiſtẽtiã:poſſe ãnihilare:maxime ſi in illo p̃ori deductiõis ad eſſe diuina volũtas
ita ſtatuiſſet. ¶ Premitto tertio:qȝ qcqd ẽ intra latitudinẽ entis limitati actualr̃
exiſtẽs:ambit̃ ab hac ꝓprietate:poſſe eſſe:qñ ẽ ita:qȝ tota hũanitas ẜm ſe totã ⁊ ẜꝫ
oẽs ſui ptes cõuertit̃ cũ poſſe eſſe hoc vel illud. ¶ Tota.n.natura carnis in hoĩe:oſ
ſis:ſanguinis ⁊ medullaꝝ ceteroꝝqꝫ oĩum ita ſe habẽt ⁊ vltima forma:qȝ ſi circũſcri
bãs ab hoĩe differẽtiã eius indiuidualẽ:atqꝫ ab oĩbus ei⁹ ptibus differẽtias ſingu
laꝝ indiuiduãtes eaſdẽ:remanebit ſaltẽ ſola rõ nature quorũcũqꝫ exiſtẽtiũ in hoĩe:
que rõ in hoĩe erit potẽtia obiectiua. ¶ Erit.n.potẽtiale quoddã ⁊ poſſe eſſe id:qȝ
nũc extat:ſub indiuiduãtibus actuãtibuſqꝫ naturã:qȝ potẽtiale ẽ adeo nõ nihil:qȝ
mouet intellectũ.⁊ iõ bene dictũ ẽ potẽtia obiectiua.q: põt ſe obijcere intellectui cui
cũqꝫ:poſtq̃ꝫ illud diuinus intellect⁹ ꝑduxit in eſſe cognito. ¶ Ex hoc infert̃:qȝ nõ
ẽ creatura tã ſimplex:qn cõponat̃ ex actu ⁊ potẽtia obiectiua:vt vult Doc.ſub.in.I.
di.8.q.2.in reſpõſione ad argumẽtũ principale. ¶ Premitto quarto:qȝ intellectus
infinit⁹ ⁊ abſolutus a materia ſeu a cõpoſitione potẽtie ⁊ actus intelligit intuitiue
ita qȝ hꝫ rẽ pſentẽ intellectui ſub rõne:qua ẽ pſens in ſe ipſa:nec aliter põt intelli
gere:cũ non diſtrahat. ¶ Abſtractio.n.ẽ defectus intelligẽtie diminuteqꝫ nature:
que abſunt a deo. ¶ Ipſe.n.non abſtrahit:neqꝫ in intellectu eius aliqd ẽ minutum.
Imo eminẽter ẽ in deo qcqd ẽ in ente actualr̃ exiſtibili:qȝ intelligo ſic: Intellect⁹
diuin⁹ totũ apprehẽdit qȝ ẽ Sor.actualr̃ exiſtentis: ⁊ id in ſua eternitate cõprehen
dit:q: rationes exiſtẽtie ſor.realr̃ hꝫ ⁊ preſentialr̃ in ſe. Et cũ apud eũ nihil ſit futuꝝ
tio q̄ntum ad hanc animam:⁊ hoc corpus:niſi forte hec duo tota ſic ſe haberent: qđ
ſingulum per ſe ſumptum eſſet iterum in duas totalitates reſolubile vſq; ad vlti
mu; ſimpl'r irreſolubile:que oīa a primo vſq; ad extremū ꝑata adinuicē:alteꝝ alte
rius eſt contractio totalitatis prioris.Et ſic remanet probatum antecedens. ¶ Cō
firmatur ratio:Totalitas cuiuſcunq; rei eſt entitas abſoluta alia a partibus conſti
tuentibus ipſum totum:vt vult Doc.ſub.in tertio di.2.q.2.ar.primo.in dubijs moꝝ.
Sed illa totalitas non differt a ſuis partibus realiter:ſed aut formaliter aut ex na
tura rei:(non curo nunc):hec.n.omnia patebūt in fine libri ⁊ illa totalitas eſt actꝰ
actualiter exiſtens:ergo partes conueniūt in illa totalitate:ergo in aliquo cōmuni
ambobus:ergo non differunt ſe totis ſubiectiue:imo ſunt idem in aliquo vt ambo
bus cōmuni ⁊ vlterius ad ipſa eadem contrahibili.¶ Nec valet:ſi obijceretur : qđ
tam vnite q̄; ſeparate ipſe partes habent aliam ⁊ aliam eſſentiam:q: hoc nihil va
let:vt patet in notabili circa finem.¶ In alio argumento habet aliam poſitionem:
que eſt hec:Diſtinctio ſe totis obiectiue non infert omnes alias:⁊ nō eſt maior oib;
alijs.¶ Contra quam arguo ſic:Quecunq; ita ſe habent:quod non repugnat eis eſ
ſe diſtincta loco ⁊ ſitu:quibus hec competunt:⁊ ita de facto ſunt:ſeu actu ſingularis
exiſtentie ⁊ actu ſingularis exiſtentie:quibus locus ſituſq; non competunt:illa diffe
runt ſe totis ſubiectiue: Sed quecunq; diſtinguuntur ſe totis obiectiue ſunt huiuſ
modi:ergo diſtinctio ſe totis obiectiue infert omnes alias. ¶ Probatio maioris :
Omnia talia habent hunc quaſi quietatiuitatis actum:⁊ hunc quaſi quietatiuitatis
actum vltimatum:vt ſupra viſum eſt:⁊ cōſtat ex ſe.¶ Modo ſic habere eſt cauſa;
eſſe:quare nullum habeant actum cōmunem actualis exiſtentie:vel alio quouis mo
do cōmunem non amplius in ipſa contrahibilem.¶ Probatio minoris:q: cum dif
ferre ſe totis ſubiectiue hinc ortum trahat:quod actualis exiſtentie ſingulariſſimus
actus diſtrahit ad nullibi conuenire:ſequitur:quod quicquid fuerit habens talem
actum:non poterit in natura vt natura ē obiectari:vel in illa obiectatū intelligi vel
concipi:p;:q: quicquid eſt illud eſt actus vltimatus: ⁊ quicquid ē hec eſt potentia
pura: l; tñ hec cōtracta idēptificeť cuicūq; tali vt illā cōtrahēti.¶ S; hec cōtracta
in cōtractiuo tali nō ē illud idē:qđ eſt in cōtractiuo altero:ſed alteꝝ: vt p; ex ſupra
dictis.¶ Ex his patet conſequentia:q: vltra:bene ſeqtur:diſtinguunť ſe totis ſubie
ctiue:igiť ⁊c.¶ In alio argumēto h;:qđ diſtinctio realis ⁊ eſſentialis nō infert di
ſtinctionē formalē. Cōtra hāc poſitionē arguo ſic:Nulla differūt realiter aut eſ
ſential'r:niſi ꝓut ſunt res ⁊ res:ſ; omnia talia ſunt formalitates diſticte inter ſe: igiť
que diſtinguūtur real'r ſeu eſſential'r diſtinguūtur formal'r:añcedēs ē māifeſtū:pba

tio ꝯſequẽtie: q: ſi nõ ſequeret̃: qd̓ vnũ ⁊ idẽ ſꝫ qd̓ huiuſmõi eẽt res ⁊ res. qd̓ ẽ icõue
niẽs: q: lꝫ aĩa ⁊ corp⁹ ꝯſtituãt vnũ: ñ tñ illud vnũ ẽ aĩa ⁊ ẽ corp⁹ ſeorſuꝫ: ſꝫ ẽ ipſe ptes
idemptificate ipſi toti: modo quo vidimus.
¶ Rñdeo nũc ad argumẽta Mgr̃i nr̃i. Ad primũ. admittẽdo añcedẽs illoꝝ: qd̓ tñ ẽ
mihi dubiũ: niſi itelligat̃ cũ aliqua additiõe: vt ſupra mõſtratũ ẽ: Cõcedo ꝯſequẽtiã.
Sꝫ addẽdo: qd̓ nõ ſufficit eẽ ſepata loco ⁊ ſitu: ſꝫ poſſe ẽt aliquo alio mõ ſepari: vt ſu
pra exẽplificatũ ẽ: nego illã ꝯſequẽtiã: Et cũ dicit: Cõſequẽs ẽ falſũ: Nego falſitatem
ꝯſequẽtis: ⁊ ꝯſequẽtiã eſſe manifeſtã p ea: que dicta ſunt i notabili. ¶ Ad ꝓbationẽ
falſitatis ꝯñtis: ꝯcedo: qd̓ ꝯueniũt i aliq̃ realitate ſubiectiua ſeu in aliq̃ actu exñdi: vt iã
viſuꝫ ẽ. Qñ dic̃ qd̓ ẽ falſũ: nego Qñ ꝓ dicit: qd̓ quecũqꝫ due eſſentie ⁊c̃: cõcedo: diſti
guẽdo: aut ſeorſũ accepte ⁊ p ſe: ⁊ ſic cõcedo: aut ſiml̓r ⁊ vt ꝯſtituũt vnũ tertiũ: ⁊ ſic ne
go. Et qñ dicit: qd̓ ſunt real̓r ⁊ eſſentialr̓ diſtincta: ꝯcedo: ſꝫ nego conſequẽtiã: q: imo
cõueniunt in aliqua realitate ſubiectiua: vt ſupra viſum eſt. ¶ Stat. n. aliq̃ eſſe rea
liter ⁊ eſſentialr̓ diſtincta: ⁊ tñ ꝯuenire i aliqua realitate ſubiectiua: que ſit illis qua
ſi vnũ tertiũ: in quo ꝯueniãt. ¶ Ad ꝓbationẽ maioris: cũ dicit: qd̓ corp⁹ ⁊ aĩa ⁊c̃: Cõ
cedo: qd̓ actual̓ exiſtẽtia aĩe ẽ alia ab actuali exiſtẽtia corporis ſeorſuꝫ ⁊ ſimul ſũpta:
ſꝫ nõ ſeq̃t̃: ergo nõ ꝯueniũt in aliquo vno actu exiſtẽdi: q: imo cõueniunt in ſua tota
litate hominis cũ ſunt vnita: vt ſupra viſuꝫ ẽ: ita qd̓ aliũ modũ exiſtẽdi habebit aĩa
ſeorſum: ⁊ ſimil̓r corp⁹: q̃ꝫ habeãt: cũ ſunt vnita ſimul. ¶ Ad aliud: qñ dr̃: Riſibile ⁊
flebile diſtinguunt̃ ſe totis obiectiue: diſtinguo: q: aut ꝓpria paſſio dicit actualitatẽ
primi act⁹ i natura ad actũ ſcd̓m: q adeſſet nullo alio cõcurrẽte: q: nõ repugnat ex ſe:
⁊ ſic nego: Aut dicit actualitatẽ primi act⁹ in natura ad actũ ſcd̓m facilitatẽ p ꝯtra
ctiuitatis naturã: q adeſt alio quaſi exterius cõcurrẽte: ⁊ tũc iteꝝ diſtinguo: aut com
parant̃ paſſiones ipſi nature: vt natura ẽ: cũ ipſa ſit radix fundamentũ ⁊ cauſalitas
oĩum hoꝝ: Et ſic ipſe paſſiones ad eãdẽ cõparate naturã: cũ ſint accidẽtale quiddam
⁊ cõparate ad naturã: ⁊ cõparãte altera ad alteraꝫ ſe totis diſtinguunt̃. Aut cõparã
tur nature: vt cõtrahibilis eſt: ⁊ ſic etiam nego ipſas ſe totis diſtingui: rõne: qua ſu
pra i notabili. ¶ Ad ꝓbationẽ: cũ dicit: In nullo cõceptu cõmuni reali quidditatiuo
cõueniũt: nego: q: conueniũt in ente: ⁊ ꝯſequent̃ in entitate tertia quã ꝯficiũt cũ ſb̓o.
Certum eſt enim quod ens vniuocatur decem predicamentis: ⁊ paſſiones rerum
ſunt in predicamento qualitatis: aut in eo predicamento: cuius ſunt ſubiecta ipſa: vt
ſupra viſum ẽ: ⁊ ideo falſum eſt: quod habeant cõceptus ſimpl̓r ſimplices: ⁊ qd̓ non
includãt ens. Ad cõfirmationẽ: cum dicit: veritas ⁊ bonitas ⁊c̃. diſtinguuntur ſe
totis obiectiue: nego: ratione: qua in notabili. Et ideo: quod nõ diſtinguant̃ real̓r:
nõ eſt mirũ: imo eſt neceſſe: ⁊ ſic negãda eſt cõſequentia imediate ſequẽs. Ad proba
tionem aſſumpti confirmationis: dico quod nõ patet: q: in nullo quidditatiue cõue
nire ſic ſimpliciter non eſt ratio: quare duo ſe totis obiectiue diſtinguantur: ſi vide
licet non conueniat in aliquo ſuperiori eis: quia ſtat aliqua in vna quidditate con
uenire: ita quod vnum virtualiter contineat aliud: ⁊ tunc ſatis eſt: vt non diſtinguã
tur ſe totis obiectiue: Cuiuſmodi ſunt paſſiones entis: que ſunt virtual̓r in ente: ⁊ al
tera in altera: cum altera per alteram demonſtretur: ⁊ illas ens virtuue cõtineat: vt
vult Doc. noſter in ſcd̓o di. 15. q. 2. ibi: Sed quia: ¶ Si vero ſic non conuenirent: bene
tũc ſe totꝫ obiectiue diſtarẽt. Ad formã: cũ diceret̃: nullũ ẽ ſupi⁹ ad ipſas ꝯcedo: ergo

in nullo quidditatiue ꝯueniunt:nego conſequentiam:quia oppoſitum conſequentis
ſtat cum antecedente:vt patet per diſtinctionem datam.⁊ cum videtur probare có
ſequentiam:q: dicunt conceptum ſimpliciter ſimplicem irreſolubilem in aliud prius
concedo:Sed nego conſequentiam:que iterum ſequi poſſet ſecundum intentuȝ ſuuȝ
q: propter hoc non ſequitur:quin conueniant in aliqua quidditate:non quidem pre
dicatiue vt.ſ.illa quidditas predicetur de eis:niſi forte denominatiue : ſed idempti
ce ⁊ virtualiter:vt.ſ.ipſa contineat paſſiones ſuas virtualiter: ⁊ altera alteram per
eam.¶ Et ſic que ſequuntur in illa probatione nihil ad rem:¶ Ad confirmationeȝ :
dico:q̄d differentia vltima ſpeciei facit ipſam indiuiſibilem in naturas alias iterum
contrahibiles:ſed non indiuiſibilem ſeu non contrahibilem in indiuiſibilia .¶ Dif
ferentia indiuidualis reddit illud:cuius eſt:in aliud ſimpliciter indiuiſibile:¶ Re
manet ergo natura hominis cum differétia ſua vltima in quocunqȝ indiuiſibili vna
⁊ eadem:ratione ipſa.¶ Sed per differentiam indiuiduanteȝ redditur diuiſa: ⁊ tot
ſunt humanitates numero quot differentie indiuiduantes numero .¶ Secúdum
itaqȝ partem illam:qua numerabilis ⁊ diſtincta actualr̄ exñter reddiť natura ipa :
differt vnumquodqȝ indiuiduum alteruȝ ab altero ⁊ obiectiue ſe toto ⁊ ſubiectiue:
ſed nóniſi:quia hoc ꝯctiuum ſic ab hoc cótractiuo diſtinguitur:que ſunt.a.vel.b.vt
pȝ ex predictis.¶ Cum ergo dr̄.Due differentie vltime diſtinguunť ſe totis obie
ctiue:concedo:⁊ cum dicit:⁊ tamen poſſunt eſſe idem eſſentialr̄ ⁊ realr̄ :diſtinguo :
aut ſimplr̄:⁊ ſic nego:cum.ſ.entitas nature non ſit ſimplr̄ entitas indiuidui.imo ac
cidit nature:quod ſit illud idem:⁊ ſic non repugnat differentie indiuiduali nó eſſe
cum natura:⁊ conſequenter cum differentia vltima nature.Aut ſm̄ quid: ⁊ ſic cóce
do:quod videlicet differentia indiuidualis ⁊ differentia vltima ſpeciei ſunt idem
eſſentialr̄:q: ex quo vnitas ſimplr̄:que eſt vnitas indiuidui:determinat naturam:
⁊ vnitas determinans reſultat ex indiuiduali differentia:ſequitur:quod fiat vnum
per ſe cum natura ipa indiuidualis differentia:cum totum:cuius eſt hec vnitas:ſit
perfectum de ſe:q: videlicet natura vt natura:lȝ in hoc contracta eſt tamen perfe
ctionem ſuam retinens:quam habȝ in ratione nature.Et tunc cum natura ſit ró for
malis ipſius ſingularis ſeu actualr̄ exiſtentis vt talis:facit vnum per ſe.i. ex ſua
róne intrinſeca eſt cá:quare illud actualr̄ exiſtat:non repugnat tamen:quin ipa na
tura ſit in ſe natura:nec determinetur a differentia tali indiuiduante:⁊ vnificeť vni
tate maiori.¶ Quare indiuidualis illa differentia poterit:(vt dcm̄ eſt )ſine vltia
differentia nature eſſe:cum non ſit de intrinſeca ratione eius:Et hoc ſatis eſt: vt ñ
dicanť eſſe idem eſſentialr̄ iſta duo:⁊ ſic neganda eſt conſequentia illius cófirmatio
nis.¶ Hec poſſunt elici de doctrina Doc.ſub.in ſecúdo di.3.q.6. in ſolutione que
ſtionis q̄ſi per totú:⁊ maxime ibi:⁊ cum obijcis.⁊c.vbi concludit naturam ſpecificá
dici vnam vnitate minori denominatiue:non de ſe:nec primo:nec per partem eſſen
tialem:quare ⁊c.¶ Cum ergo dicit ita eſſe de mente Doc.ſub. ſicut ipe dicit alle
gans ipm:miror:quomodo non peruiderit que dcá ſunt.Et ideo ſalua reuerétia do
ctor: ibi non ſentit hoc:⁊ conſequenter non pȝ:quomodo formalizantes multa dicát
in hac materia contra opinionem Doctoris : nec etiam patent ea : que ſubinfert :
imo pȝ contrarium:qñ.n.altera aduenit alteri nó dr̄nt ſe totis:ró hui⁹ patuit antea.
¶ Ad tertium:cum dicit:homo eſt idem formaliter ⁊ quidditatiue anime ſue ⁊c.có

cedo:ſi anima ⁊ corpus predicentur de homine:ſeu concipiantur vt partes hominis
eſſentiales ambe ſimul:vt pote ex quibus reſultat totalitas ſeu tota quidditas hoīs
quia iſta predicatio eſt per ſe ⁊ in primo modo:homo eſt ens naturale compoſitum
ex anima intellectiua ⁊ corpore phyſico. ¶ Si vero anima ⁊ corpus concipiantur ſe
orſum alterum ab altero:nullo modo predicantur de homine: quod ſecus videtur
velle Magiſter Sthephanus:⁊ male:quia iſta eſt falſa:homo eſt anima intellecti
ua:ſeu homo eſt corpus phyſicum:vt patet etiam per Doc.ſub.in eodem loco : quo
ipſe Magiſter Sthephanus allegat. ¶ Secundum ergo primum membrum diui
ſionis concedo antecedens:iuxta vero ſecundum nego:q: ſecundum quod preciſe
ſeorſum ⁊ ſecundum eam partem:qua non repugnaret ea eſſe diuiſa:vt ſupra diceba
tur:non conſtituunt totum:nec ſunt de intrinſeca ratione totius:niſi in potentia:nō
aūt actu:quod requiritur ad hoc:quod ille partes predicentur de toto in primo mo
do dicendi per ſe:ſicut etiam ſupra : cum de predicatione formali ageretur : tactum
eſt. ¶ Cum ergo dicit vlterius:⁊ tamen homo realiter ⁊ eſſentialiter diſtinguitur
ab eis tam diuiſim q̄ȝ coniunctim ſumptis:Nego:quod diſtinguatur ab eis coniun
ctim ſumptis:⁊ ratio negationis patet ſupra:⁊ patebit etiam magis in fi. tractatꝰ.
quia ſic:ſolum diſtinguitur ex natura rei:⁊ ſic neganda eſt conſequentia: q: imo ne
ceſſario diſtinctio realis infert formalem. Quando.n.partes ſunt ſeorſum ſumpte :
differunt realiter ⁊ eſſentialiter vna ab altera.⁊ ſic ſunt quidditas ⁊ quidditas: aut
ſaltem realitas ⁊ realitas:⁊ conſequenter formalitas ⁊ formalitas. ¶ Imo ex vbis
Magiſtri Sthephani:bene ſequitur:Cuȝ idemptitate formali ſtat diſtinctio realis
⁊ eſſentialis:igitur partes a toto non diſtinguūtur formaliter:vel ecōuerſo. ¶ Pro
batio conſequentie:q: cum innuat clare:quod homo comparatus ſuis partibus in
tegralibus diſtinguatur eſſentialiter ab eis:⁊ tamen ſit idem formaliter cum eis:⁊
ratio:que eſt vnius totius:debeat eſſe omniuȝ:quo ad hoc bene ſequitur ⁊c̄. ¶ Tūc
vltra:partes a toto non diſtinguūtur formaliter vel econuerſo:ergo contra id:quod
ſupra dixit in primo argumento parte prima:vbi habet expreſſe : qd̄ a partibus di
ſtinguatur totum formaliter:hic autem dicit eſſe idem formaliter : ergo aut cōtra
dicit ſibi ipſi:aut illa diſtinctio formalis erit ab iſta differens:quia videlicet intelli
get ibi diſtingui formaliter.i.ex natura rei tantum:⁊ ſic etiam argumentum fac̄ ꝯ
eum. Et ideo id:quod imediate ſubiungit ſecundum formalizantes eſt bene dictum
quod videlicet illa ſunt idem formaliter:quorum vnuȝ includit aliud in primo mo
do dicendi per ſe : intelligendo tamen eo modo : quo ſupra dictum eſt . ¶ Et cum
ergo homo includat ſimul ambas partes integrales ſeu eſſentiales ſuas : vt viſum
eſt:etiam ille predicabuntur de homine in primo modo dicendi per ſe:⁊ ſic totum ⁊
partes non differunt formaliter:ſed ex natura rei tantum. ¶ Probatio anteceden
tis nihil aliud probat:niſi quod ambe partes ſimul ſumpte ⁊c̄.vt ſupra. ¶ Et quan
do in probatione ſecunde partis aſſumpti allegat Doctorem ſubtilem in tertio di.
ſecunda reſpondeo:ſalua reuerentia:quod Doctor ſubtilis ibi nō ſenſit hoc: imo nec
alibi. Sed ſi bene inſpiciatur:id ipſum dicit expreſſe:quod ſupra dixi reſpondendo :
⁊ etiam in notabili. ¶ Ad illud :quod dicit:omnes ſcotizantes ita determinare : re
ſpondebitur in fine.

¶ Nunc arguo contra poſitionem meam:⁊ primo contra illud:Quod videlicet ali

quid eſt actuabile in indiuiſibili vago:quod actuatur in ſignato. Et arguo ſic. Si
aliquid eſt actuabile in indiuiſibili vago:igitur nulla different ſe totis obiectiue:⁊
conſequenter nec ſe totis ſubiectiue. ¶ Conſequens eſt falſum:ergo ⁊ antecedens.
Falſitas conſequentis patet. Probatio conſequentie:quia per te illa non differunt
ſe totis obiectiue:que ſunt in aliquo vno inuenibilia:in virtute cuius ipa poſſit itel
lectus abſtrahere vel intelligere. Si ergo aliquid eſt actuabile in indiuiſibili vago
ſequitur:qđ eſt in illo inuenibile. ¶ Preterea ſi aliquid eſt actuabile in indiuiſibili
vago:ergo non actuatur in ſignato. ¶ Probatio conſequentie:quia ſi ſic:ergo ma
nebit natura:⁊ non ſingularis hac determinata ſingularitate ⁊ tunc reſultaret vnū
factum eſſe:⁊ poſtea:cum fuerit cōſtituta poſt illud inſtans in alia ſingularitate de
terminata:reſultabit aliud factum eſſe:⁊ tunc ambo facta eſſe erunt:in vno copula
ta:quod ē ipoſſibile. ¶ Impoſſibilitatem huius probo:quia illud primum factum
eſſe ſit Sor.ergo erit actualiter exiſtens:ergo aut erit ſub natura ſpecifica homi
nis:aut ſub alia:non ſub alia:ergo ſub natura ſpecifica hominis. Tūc cum erit ī alio
facto eſſe alterius ſingularitatis: aut erit idem numero: aut alius. ¶ Si idem:
ergo non ſunt duo facta eſſe. ¶ Si alius: ergo aut non erit ſub ſpecie hominis:
aut erit aliud indiuiduum. Primum non eſt dicendum:patet:nec etiam ſecundum:
quia tunc ſequeretur:quod eſſet idem ⁊ non idem:⁊ ſic patet conſequentia illius ra
tionalis. ¶ Secundo arguo contra illud: quod alius deberet eſſe actus prim⁹ na
ture vt natura eſt alius qui ineſt de ſcđ. Et arguit̄ ſic:aliquis actus primus d̄beret
eſſe in natura vt natura eſt:qui nec eſt:nec vnq̄ʒ erit:nec poſſibile erit eſſe:ergo il
la non repugnantia:de qua ſupra:eſt fruſtratoria. ¶ Probatio conſequentie:quia
quicquid habʒ non repugnantiam ad eſſe:vel ad eſſe ſic:aut exit in actum de facto:
aut ſi non exeat:hoc non eſt ex impotentia ſimplr̄:ſed quia diuina voluntas nolue
rit id efficere:dicente philoſopho ſecūdo de anima:quod natura non deficit ī neceſ
ſarijs:quia lʒ vnus homo careat vno ſenſu vel duobus: inuēitur tamen aliquis ha
bens omnes ſenſus: ⁊ etiam quia ars ⁊ natura nihil faciunt fruſtra: Inueniretur
natura fruſtrata ſuo intentu:ſi non poſſʒ exire in actum aliquem:cui ex ſe nō repu
gnaret habere. ¶ Preterea ſi iſte actus:quem poſtea aſſequitur natura:eſt alius:
ergo non ſibi conueniens aut proprius. Tunc vltra. Non eſt ſibi conueniens aut ꝓ
prius:ergo non illud:cui dat eſſe talis actus:erit illius denominationis: qua deno
minat natura. Sor.ergo non denominabitur homo a natura humana:quia non eſt
actus primus nature vt natura eſt.
¶ Pro ſolutione iſtorum argumentorum premitto quedam:que ſunt pene totius
methaphiſice elucidatiua. Primum. Tota difficultas cognoſcendi diſtinctōnes na
turarum vt nature ſunt:pendet in ſubtili conſideratōe methaphiſicali:que non niſi
cum ſubtili ⁊ arguta logica haberi poteſt:dicente philoſopho in primo phiſicorum:
quod ignorantia logice fuit in antiquis philoſophis cauſa multorum errorum: ⁊ h̄
ibi Comentator affirmat. Et ideo poſt habitam logicam plene atqʒ ſubtiliter:quod
ſemiplene factum in ea aſſequenda fuerat:tūc demū plene (vt decet) ⁊ n̄ ātea igre
di oportet ad naturas diſtinguendas. ¶ Non enim aliud facit:cum quinqʒ vniuer
ſalia cauſat. Aliquod enim illorum cauſare non poſſet:niſi diſtinctius re conſidera

ta vt cognoſcibili. ¶ Non enim denominabit hoc magis ſpeciem q̄ꝫ gēus: aut cō
tra: vel illud magis differentiam q̄ꝫ accidens ſeu propꝛium: ⁊ ſic de ſingulis: niſi rē
ſubſtratam talibus intentionibus diſtinxerit aliqualiter. Et hoc eſt in cauſa: quod
non eſt poſſibile habere locum id: quod nōnulli nominalium aſſerunt: predicamē
ta videlicet pro denominato ſumpta nihil aliud eſſe q̄ꝫ terminos. ¶ Sit enim ita:
quod quis ad actum ſciendi venerit idiomate quocunqꝫ circūſcripto: danda eſt cer
te coordinatio terminorum ſecundum ſub ⁊ ſupra: nec tamen illos eſſe in voce audi
bili quis affirmauerit vllo modo. ¶ At conceptus ſunt inq̄s. ¶ Sed huic obſtat
validiſſima ratio. ¶ Non enim ſcientiam habemus de conceptibus: ſed de rebus
que ipſis iam conceptibus correſpondent. ¶ Quod ſi igitur habemus noticiā hāc
de predicamento: quod ſit coordinatio terminorum: ⁊ poſt hanc cognitionem logi
calem cognitio ſuccedat paſſionis rei ſubſtrate coordinationi terminorum: nō erit
hec gemina cognitio conceptuum: ſed eorum: que ſunt apprehenſa per conceptus.
¶ Neqꝫ enim iam tunc conceptus agnoſcitur: cum directe feratur intellectus in
obiectum. ¶ Adde: quod coordinationem illam non cauſaret intentionaliter intel
lectus: niſi preſuiſſet in re ex natura rei coordinatio naturalis: alioquin non veruꝫ:
ſed fictum quiddam contineret intellectus. ¶ In pleriſqꝫ etiaꝫ locis philoſophus
atteſtatur: aliq̄d eē prius quo ad naturam: quod eſt poſterius quo ad nos: ⁊ ecōuer
ſo: quod profecto nō eſſꝫ: niſi ſic eſſet in re ex natura rei vtiqꝫ repertum. ¶ Quis
enim neſciat partes totius precedere ipm̄ totum: partes diffinitionis ſecundum
quod huiuſmodi precedere diffinitum? prius igitur natura ⁊ in re ex natura rei ꝓ
cedit animal hominem ipm̄: ſed ⁊ animal precedit etiam rationalitatem ipſam:
vtpote cum contrahatur ab eadem. ¶ At non habebitur inquies ſcientia de re:
niſi prius ſe conuerterit intellectus ad conceptum. ¶ In cōceptu nāqꝫ ipſo forma
to intentione logicali: quaſi quodāmodo legit quicquid obiectauerat in re. ¶ Sed
⁊ huic obſiſtit ratio etiam validiſſima. ¶ Si enim cum legit in conceptu de re q̄d
realiter apprehendit per conceptum: nihil rei cognitionis habꝫ: niſi quod pertiet
ad conceptum: non vtiqꝫ ſcientiam de re ſed de conceptu habere conuincitur.
¶ Si autem quicquid cognoſcit per conceptum de re concepta: id rei iaꝫ nouit eē:
non conceptus: habetur vtiqꝫ propoſitum: quod videlicet ⁊ de rebus ſcientia eſt: cu
ius conceptus eſt ſimilitudo naturalis: ⁊ quoquomō ſe habeat itellectus ad conce
ptum: modo ad illum ſe conuertat vt repreſentatiuum rei iam concepte: intelligen
dum eſt ſemper vt ſic aſpectu directo ferri ad res ipſas. Quod ſi fortaſſe dixe
ris: haberi ſcientiam de rebus ipſis ſingularibus tantum: ſed per vniuerſales con
ceptus: figmentum vtiqꝫ erunt: quibus nihil in re extra correſpondeat. Ampliꝰ
non enim ſi nihil extra conceptui correſpondeat: vniuerſalius alterum altero diceꝛ̄
quis poterit: cum tamen philoſophus vniuerſaliora cōmemoret. ¶ Nec dicere po
teris ad vniuerſaliorem hoc pertinere conceptum: quia ſingularium exiſtentium
vt exiſtentia ſunt vna eademqꝫ natura. ¶ Quod ſi forte reſponderis id eſſe veruꝫ:
ſed non inquantum ipſis poſitis: alia adhuc in eſſe exiſtentie actualis reponētia re
quiruntur: ⁊ propterea maioris eſſe ambitus atqꝫ i pluribꝰ inueniri: atqꝫ idō vniuerſa
liores eis correſpōdere cōceptus: Huic ego reſpondeo: q̄d qua rōne ꝓpter maioreꝫ

ambitū:que ſunt in predicamentis ſuperiora in predicamentali linea:plura cōnectūt
eadē rõe ⁊ drn̄tie ipſe īdiuiduales illō efficiūt:cū drīa īdiuidual' eoꝝ:q̄ ſunt vltia in
ꝑmentis ⁊ actu omnia illā continētia:ſit etiam ⁊ in his:que maioris eē ambitus af
firmaueris. ¶ Quare ⁊ ipſas indiuiduales differentias vniuerſales gignere cōce
ptus dicere compelleris:⁊ eo vniuerſaliores:quo in pluribus ipſe ſunt q̄ꝫ cōmuniſſi
ma generum:que quidem dicere extat contradictio:cum intra ſe realiter iſta diſtin
guantur:eiſqꝫ ſui neceſſario conceptus correſpondeant. ¶ At ideo inquies in illis
indiuiduatio reperitur:q: vltima in predicamentali linea indiuiduata contractaue
ſunt actualis exiſtentie differentia cauſatiua. Huic ego:prius ergo natura eſt aliqd
incontractum q̄ꝫ ipſum contrahatur:hoc vtiqꝫ ſequitur ex eo: quod obieceras.
¶ In illo ergo priori:anteq̄ꝫ contrahatur:nec in ſor.nec in platone nec in actualiter
exiſtente vllo eſſe conuincitur:cum exempli gratia ſi ſubſtantia eſſet: eaqꝫ ſingula
ris:diuidi vtiqꝫ non poſſet:erit ergo cōmune quid illud ambiens multa realiter in
telligibilr:quod ante non ſolebas a ſenſibilibus amouere. ¶ Adde:quod ſor.⁊plato
non vtiqꝫ cōueniunt in cōceptu:ſed in aliqua re:que ante preceſſerat : vt conceptus
cōmunis haberetur de vtroqꝫ. ¶ Et cū nihil moueat intellectū niſi proportionatū
ideqꝫ ſingulare eſſe non poſſit ſub ratione ſingularis:vniuerſale id reale dixeris ne
ceſſe eſt:cum ante omnem actum intelligendi preceſſerit illa motio:qua demuꝫ actu
intellectus intelligit. ¶ Cum itaqꝫ predicamenta ꝓ ſubſtrato nec ſint termini ſen
ſibiles nec conceptus:ſequitur ipſa eſſe res:denominantia vero ſic illas omni idio
mate circūſcripto eſſe conceptus:quas relationes rationis voco:cum formale act⁹
intelligendi non ſit aliud preter ipſas. ¶ Coordinatio ergo prius conuincitur eſſe
in rebus q̄ꝫ in conceptibus ſeu in terminis ſenſibilibus:quod ⁊ v̄ba Ariſtotelis ex
preſſe ſonant. ¶ Non enim aliquis conceptus eſt ſubſtantia:neqꝫ corpus: neqꝫ ani
matum corpus:neqꝫ corpus ſenſibile:neqꝫ animal:neqꝫ homo ſiue bos. ¶ Quod ⁊
ſi talia taliqꝫ ordine concepta ſignificat:non vtiqꝫ ipſe:ſed ſignificata per ipſum tali
ter ordinata ſunt. ¶ Ipſe vero conceptus per ea:que ſignificat:⁊ voces ſenſibiles ꝑ
cōceptum ipſum contingenter ordinantur:q: ſingularia ( vt conſtat ) aliter ſe hr̄e
potentia. ¶ Intellectu.n.⁊ quocunqꝫ conceptu circūſcripto preter diuinum : adhuc
res ipſe ordinem ex ſe obtinent naturalem: quod quonam modo habeat intelligi:
nunc quoad fieri poterit breuiter ediſſeram: ¶ Primum:quod occurrit cognoſcen
dum ordine quo ad nos:eſt id:quod a ſenſibilibus abſtractum eſt illis immediati⁹
hoc.n.prius occurrit intellectui:hoc autem eſt natura ipſa ſpecifica:quam athomaꝫ
ſeu indiuiduam vocat Ariſtoteles:hec omni actualiter indiuiduante atqꝫ omni ſen
ſibili circūſcripto ē illud indiuiduum:quod in coordinatione predicamentali: ſi de
mum ad ſe licet aliter ſe habens comparatum fuerit:infimum continet in ſe locum
vt antea dicebatur. ¶ Illud indiuiduum ⁊ indiuiduum ſimpliciter ⁊ indiuiduum
vagum vocitamus. Indiuiduum quidem ſimpliciter:eo quod vltima ei differentia
aduenieute contrahitur natura eius ad hoc : vt nulli amplius alterius nature in
alia diuiſibili communicari poſſit. ¶ Quod indiuiduum:( quia adhuc in alia indi
uiſibilia diuiditur:cōmunicaturqꝫ vt natura ).ſi in ratione nature:cui nō repugnat
in multis habere exiſtentiam:ipſa eadem natura vna remanente : comparaueris :
vt iam actu cōmunicabile ſibi vt actu communicate:cognoſces vtiqꝫ iam cōmunica
tū eſſe inferiorē eius eē naturā. Inferiorē dico:q: aliquid impfectioris act⁹ innectit

Quod cõmunicatum eſſe:cum in re ex natura rei ſit iam ipſa eadem omnino con
trahibilis:ipſa vt ſic cognita ſub non repugnantia itidem contractiuitatis actualis
in ſingulis:cognoſcis vtiqꝫ ipſam ſic inferiorem eſſe naturã:quoniã contingit actu
includere quidditatem iam contractam ſub appropinquatione ſenſibilis ſeu actua
liter exiſtibilis:a quo in habituali fuerat cognitiõe imediatius abſtrahibilis. Ex
his ergo lꝫ aduertere:naturam vt cõmunicabilem actu inſtantaneo quantum ẽ ex
ſe:ipſa eadem remanente non diuiſa:⁊ vt contrahibilem actu inſtantaneo ipſa non
remanente:ſed diuiſa:ſic eſſe in re ex natura rei vtrobiqꝫ. ¶ Sed tamen nec ibi re
manere poteſt vna:ſi cõmunicetur propter contrahibilitatem:nec hic inſtantanee
contrahetur propter ꝯhentium incompaſſibilitatem exiſtentie ⁊ ſuccedentie tẽpora
lis. ¶ Quare in actu abſtrahendi non eſt mendacium:cum ipſa ſit eadem natura ĩ
tertio ſigno abſtractionis indifferens diſiunctiue realiter in re ⁊ ex natura rei licet
contrahibilis:que etiam eſt indifferens realr̃ copulatiue:quantum ex ſe eſt: lꝫ non
vt contrahibilis. Quare tota ratio perfectiſſimi vniuerſalis intentionaliter inte
gratur. ¶ Communicantis ergo ad communicatum:⁊ econuerſo:erit relatio rõna
lis:quam intellectus collatiuus ſub non repugnantia poſſibilitatis aggenerans eã
dem ꝑ repreſentatiuo vtriuſqꝫ extremi:(nam ⁊ ipſa ſit gemina relatio)obiectat: ⁊
cognoſcit. ¶ Ex his colligere lꝫ in ſũma:quod comparatio eius nature:que mane
re non poteſt vna:ſed vti manens obiectata:ad ſe comparata vt cognita vel cogno
ſcibili ſub ꝓprietate ꝯhibilitatis in actu cauſat reſpectũ rõnis:qm̃ ⁊ ꝯhibilitas i actu
⁊ ipſa vna remanere non poteſt vt talis:lꝫ ab illa immediate contrahitur natura ſin
gulari:que ⁊ ſi eſt habitualiter in conceptu:ſpeciei intelligibili correſpondens:ſitqꝫ
vniuerſale reale:quidditatem tamen contractam non abijcit:cui immediate ſenſibi
li:quoniam ab ipſo eſt immediatius abſtractum:eſt immediate vnificabile pcõnota
tionem.ſ.reſtrictionis nature ad ſuppoſitum vel indiuiduũ. ¶ Omne itaqꝫ inferiꝰ
per comparationem ad ſuperius non niſi ſub quadã proprietate cognoſcit. ¶ Qua
re ⁊ ab ipſo indiuiduo ſignato ſenſibilibus ſiue per modũ ſignati ſe habente aliqꝫ̃
proprietatem illo modo lꝫ abſtrahere:qua cognita:quemadmodum ſupra viſum ẽ:
cognoſcitur ⁊ ipm̃:vt.23.di.primi. Doctor ſubtilis inſinuat:lꝫ ab ipſis indiuiduis ſeu
differentijs vltimis ſub rõne eius partis:que ipſa indiuidua in eſſe indiuidualis
exiſtentie:vel in eſſe indiuiſibili ipſas ſpẽs aliquo modo cõſtituit:nihil cõmũe per
modum abſolute nature poſſit abſtrahi:vt Doc.etiam ſub.li.2.di.3.q.6.in.q. ſolutio
ne cõmemorat. ¶ Indiuiduum ſimplr̃ eſt igitur natura ſpecifica:ſi generi compara
ueris. ¶ Si vero ipſam eandem inferiori ſuo(vt dictum eſt)ipſumqꝫ vt cognitũ
rurſum eidem comparaueris:erit vt ſic eo modo:quo dcm̃ eſt:ipſamet natura ſub
proprietate contrahibilis:que importabat contractum eſſe : quod prius non repu
gnabat in natura. ¶ Erit inqꝫ̃ indiuiduum vagum puta hominis : quod vltimum
obtinere locum in linea predicamentali tradidere pene omnes:quod ideo vagum:
quia ⁊ ſi propter appropinquationem ad ſenſibile(vt dcm̃ eſt)non abijciat contra
ctam quidditatem:non tamen illam vtcunqꝫ determinat:ſed includit: ¶ De hacqꝫ
ideo ſcientia non habetur:ſed de ipſo vt vago:quoniam incorruptibili ⁊ vt ſpecie ip
ſamet lꝫ aliter ſe habente : ſcientia haberi poteſt. ¶ Hanc ſubſtantiam primam :ſi
fuerit in predicamento ſubſtantie:vocat Ariſtoteles:eo quod eſt primo ⁊ adequate

ad ſenſibilia ⁊ accidentia extrinſeca immediate contrahibilis. ¶ Natura vero ſpe
cifica vt talis: omneqꝫ aliud in eadem in ratione ſuperioꝛis inuenibile: ſubſtantia
ſecunda nuncupatur: eo quod non pꝛimo ⁊ adequate: ſed per ſubſtantiam pꝛimam
eſt ad accidentia extrinſeca deducibilis. ¶ Id ergo: quod antea diximus: indiuidui
vagi nomine cenſeri: cauſata relatione rationis per comparatiuitatē ſupꝛa memo
ratam: ad ſpeciem ſpecialiſſimā. terminamꝰ: quod relatione ipſa rationis circumſcri
pta: ſi fuerit ad ſubſtantiam pertinens: pꝛimam ſubſtantiam dicimus. ¶ Relatione
autem ipſa currente cum natura ipſa vt natura eſt ſimpliciter: ſecundam ſubſtātiā
denominari ſuaſit ratio philoſophantium: vt antea diximus. ¶ Omnem vero na
turam aliam in pꝛimo indiuiduo vago aut ex ipſo cognoſcibilem: quemadmodum
antea pertractauimus: indiuiduum etiam vagum dici non abhoꝛret a vero: ſꝫ im
pꝛopꝛie: ſi modo ⁊ relationem rationis non circumſcripſeris: ⁊ eo modo: modo ſuo
indiuiduationē alicuius inferioꝛis habere intelligatur: quēadmodum ſupꝛa tactū
eſt: ⁊ ꝑfecto id ſit: in quo eſt aliquid: quod in eſſe quodāmodo perfecte ſpecioſitatis
inſtituit: quare ſpeciem ſubalternam nūcupamus. ¶ Oꝛdo ergo iſte naturalis eſt
vt q̄to quid ab actuali exiſtentia receſſerit: tanto pꝛopinquet ad naturam: ſitqꝫ illi
notum magis: q̄toqꝫ ad actualem exiſtentiam acceſſerit: tāto recedat a natura: ſitqꝫ
magis notum nobis. Que acceſſio receſſioqꝫ tum actualis exiſtentie tum nature ni
hil aliud eſſe conuincitur: q̄ꝫ quod vnde perfectio eſt rei: dum illic perficitur: vbi ali
quid eſt: quod eiuſdem rationis inuenitur cum natura: que eſt cognoſcens ⁊ intelli
gens: quia nature vt natura eſt non repugnāt cōmunicari multis actu: ipſa rema
nente vna ⁊ eadē: quod eſt pꝛoximū ei nature: que cognoſcit ⁊ intelligit: inde eiuſdē
eſt imperfectio: dūꝫ illic imperficitur: vbi tale nihil inuenitur. ¶ Sicut ergo ex his
conſtat: id eſſe minus ſimile nature: quod eſt magis ſenſibus expombile: ⁊ econuer
ſo id illi ſimillimum: quod eſt imaginabile abſolui poſſe a ſenſibilibus omniqꝫ ma
teria: vt pote: quod ſicut illi ſimpliciter: ſic iſti inq̄ꝫtum participat eādem cōmunica
ri non repugnat: ita patere poteſt: quēnam locū ſibi vendicet in coordinatione pꝛe
dicamētali vnūquodqꝫ in illa reponibile. ¶ Conſtatqꝫ inſuper ex hoc: cooꝛdinatio
nem hanc: ⁊ ſi ratio intentionaliter affiguret: infoꝛmetqꝫ reſpectibus: quos ratio:
non inueniens terminum realem in inſtanti conceptionis nature ſcḋm quod natura
eſt: occaſionalr̄ effecerat: eam tamen in re ex natura rei exoꝛdium ſumere rationēqꝫ
dicendi. ¶ Colligere quoqꝫ licet ex dictis: nihil: quod accedit ad rem: vt receſſio
fiat a conditione nature: dum aliquo modo appꝛopinquet actualiter exiſtentie: idē
eſſe omnino quod ipſa natura eſt: quod fuerat omne contractiuum. ¶ Illud. n. alte
rius rationis eſt ab eo: quod contrahitur: imperficitqꝫ rem: dum de nature ſede illa:
que eſt indifferentia actualis ad ſingulum actualiter exiſtibile eandem pꝛopoꝛtio
nabiliter excludit: licet tamen eandem rem ipſam vtiqꝫ perficiat ſecundum quid:
cum ad eſſe actualis exiſtentie ſibi vt contrahibili cōpetens contrahendo deducat.
¶ Nunc reſpondeo ad argumenta. Ad pꝛimum: nego conſequentiam. Ad pꝛobatio
nem concedo totum vſqꝫ ad illam conſequentiam: cum dicitur: ſequitur: quod eſt in
illo inuenibile. ⁊ tunc diſtinguo: aut ipſum vt ipſum: puta natura hominis eſt actua
bilis in indiuiſibili vago: quia immediate connotat contractionem nature ad ſuppo
ſitum vel indiuiduum ſignatum: ⁊ ipſa vt ipſa inuenitur in illo: quia ſemper conci

pitur vt natura:ſed non amplius q̄ȝ ſit connotans:⁊ ſic procedit argumentum: ⁊ nō
amplius. Et ideo non ſequitur:niſi quod in indiuiſibili vago inueniatur natura:qđ
fuit propoſitum in notabili. ¶ Aut ipſum:vt cum actualiter ⁊ determinate contra
hente determinate conceptibili:⁊ ſic dico:quod tale non inuenitur in indiuiſibili va
go:ſed inſignato actualiter exiſtente preciſe:quod eſt vnum totum reſultans ex dif
ferentia indiuiduali ⁊ natura indiuiduata contracta:de quo non intelligebat meum
notabile:⁊ per conſequens nihil arguitur contra me. ¶ Ad ſecundum: nego conſe
quētiam. Ad probationem:dico:quod manere aliquid ſic aut ſic poteſt capi dupli
ter:aut in aliquo inſtanti nature:⁊ ſic concedo. ⁊ cum dicitur tunc reſultaret vnum
factum eſſe:nego:quia non poteſt reſultare factum eſſe:niſi partibus omnino copu
latis:quarum altera nondum eſt in illo inſtanti nature:que pars ſilicet eſt illa : que
contrahit in eſſe actualis exiſtentie:⁊ ſic ceſſant omnia inconuenientia: que ſequun
tur:⁊ ideo concedo probationem impoſſibilitatis illius conſequentis. Ad ſecunduȝ
principale:nego conſequentiam:ad probationem:dico:quod aliquid nō exire in actū
de facto:niſi Deus impediat:poteſt capi dupliciter:aut quod non exeat:quia omni
no exire non poteſt in ſe aut in alio:⁊ ſic concedo:quod tunc illa potentia exeundi
in actum eſſet fruſtratoria:⁊ nulla talis inuenitur. Aut quia exire non poteſt ſim
pliciter in ſe:ſed per aliud ſue ſpeciei aut ſui generis:⁊ ſic dico:quod non eſt incon
ueniens : nec tale non poſſe exire non tollit : quin potentia ſit cum cauſa.
¶ Et ideo ad philoſophum dicitur : quod habet intelligi : quod natura non de
ficit in neceſſarijs in aliquo in ſe : aut in ſua ſpecie vel genere : ⁊ ſic tunc ars ⁊ natu
ra nihil facit fruſtra . ¶ Ex negatione ergo conſequentie principalis habetur :
quod ⁊ ſi aliquis actus primus deberet eſſe in natura vt natura eſt: qui nunq̄ȝ po
teſt eſſe:non ſequitur:quin poſſit eſſe in aliquo ſui generis: vt viſum eſt in notabili
ſecundo ⁊ primo. ¶ Ad ſecundum dico:quod iſte actus comparatus ad naturam
in ratione preciſa nature non erit proprius : ſed in comparatione nature vt ab. a.
contrahibilis eſt bene tunc proprius . ¶ Non eſt ergo inconueniens : quod ſicut
homini inquantum preciſe animal eſt non eſt proprium dare actualem exiſtentiam
ſorti : ſed homini inquantum animali rationali : ita nature inquantum preciſe na
ture non eſt dare actum primum alicuius exiſtentis ſenſibilis ſiue limitati : ſed
nature inquantum limitate : vtpote que ſit illud : quod ei veluti quod vel quis
rite correſpondeat . ¶ Cum ergo dicebatur : non eſt ſibi conueniens aut pro
prius : concedo ſecundum quod tali :ſed bene ſecundum quod limitate aut con
trahibili vel contracte. ¶ Et ex hoc negande ſunt due conſequentie ſequentes.

## Sequitur pars tertia.

## Finita eſt pars ſecunda. Sequitur pars tertia.

IN hac tertia parte Magiſter Stephanus nititur etiá im
probare modum ponendi idemptitatem rationis inferentis
omnes alias:⁊ conſequenter improbata idemptitate tali im
probatur etiam totus modus ponendi Scotiſtarum alio
rum ab eo de diſtinctione rationis:Que poſitio ſua :quoniá
eſt etiam improbabilis:ideo preſuppono quedam pauca. De
hinc ad argumenta reſpondendo patebit veritas . ¶ Pre
ſuppono igitur primo:quod diſtingui ratione nõ eſt fortaſſe
tale apud Scotiſtas alios:quale ipe magiſter Stephanus
exiſtimat:quod tñ melius patebit:ſi primo:quid ſit idéptifi
cari ratione premonſtrauero. ¶ Non enim intelligunt idemptificari ratione:quod
alias diuerſum realiter aliquo modo diſtinguendi : ipm tamen conuenit per ens
rõnis:cum ( vt expreſſe conſtat ) ens rõnis nihil cauſet in re aliud:niſi quia é mo
dus eius vt actualr intellecte vel intelligibilis. ¶ Accipiũt ergo idemptificari ali
quid per ens rõnis:quod idemptificatum realiter omnino ſibi: idemptificatur ⁊ in
cauſando relationem rõnis omnino ſuper ſe:quam nulla alia adueniens quaſi aut
alterat:aut abijcit:tanq̃ʒ videlicet ſit idem fundamentum:quod nullo modo diuer
ſificatur in modo:quem intellectu cõparãte cõgenerat:exempli cã:natura:que é ho
mo:fundat relationem ſpéi:que ſi complexe concipiatur cum aliquo : ſpeciei ſimul
⁊ ſubiecti relationes innectit. Relatio itaqʒ ſpeciei per hanc :que eſt ſubiecti :non é
omnino mutata vel abiecta. ¶ Idem erit igiť homo cognitus in multis cõceptib⁹
complectentibus a parte ſubiecti ſitualiter ordinatus. Idem inq̃ʒ rõne:quoniaʒ in
multis propoſitionibus erit ſemper idem modus relationũ pariter in ſingulis na
ture ipſius importatis qdditatibus iam ӡctis:quõiam ſemper a parte ſubiecti ſub
modo ſpeciei atqʒ inferioris eſt agnitus non obſtante relatione ſubiecti. Nec valʒ:
ſi eadem rõne dixeris hominis naturam atqʒ bouis leonis aut aſini in eadem ra
tione cõuenire:quoniam ⁊ ipe ſunt nature ſpecifice:atqʒ intentio ſpeciei ſemper eſt
ſuper ipſis:⁊ in rõne talis intẽtionis ſubijciunť:dum a parte ſubiecti contingit inue
niri.hoc enim nihil valʒ:q: nõ eadem rõne preciſa atqʒ totali ſubijciť homo anima
li:qua leo:neqʒ leo eadem rõne:qua quecũqʒ altera ſpecies animalis ſubijciť i actu
complectendi. ¶ Intentõ ergo ſpeciei atqʒ intentio ſubiecti in ſuo actu generãdi.i.
dum cauſanť:eandem forte rõnem conſequuntur generalem quecunqʒ fundaméta
ſint:in quibus eorum vtrumuis ſeu vtrũqʒ habeat inueniri: quia intentio ſubiecti
intentioqʒ ſpeciei ſemper eodem modo cauſabiť:vt pʒ ſubtiliter logicantibus. Sed
vbi he intẽtões fundamenta comitanť in complexione verbali:non eadem ſemper
rõne hic ſpecies ⁊ illic:aut hic ſubiectum atqʒ illic poterunt inueniri. Homo enim
alia rõne eſt aliquid inferius ad animal:atqʒ alia bos ⁊ leo:quod pʒ:quoniam diffe
rentie vltime harum ſpecierum ſpecialiſſimarum differunt ſubiectiue ſe totis:qua
re aliquem effectum nature he cõmunes cognite inueniuntur habere in inferiori
bus ſuis differentem alterius ab altera:⁊ ideo relatio ſpeciei atqʒ relatio ſubiecti in
hac habet aliquem differentie modalis intentionalis effectum quem non hʒ in illa.

¶ Non ergo poſſunt in intentione ſpeciei aut ſubiecti in complexione verbali ſicut in appꝛehenſione ſimplici diuerſe nature conuenire. ¶ Ex hijs eliciuntur in ſumma iſta duo: pꝛimum vꝫ: quod nullum differens ab alio quacunqꝫ differentia reali pōt in eadem relatione ſpecifica conuenire: dum natura ipſa fundamentalis exercetur in complexione verbali: qꝛ aliter hec vt ſubiectum continet pꝛedicatum atqꝫ aliter illa. ¶ Secundum: quod ⁊ ſi vna eademqꝫ intentio habeat eundeꝫ modum generalem in cauſando in fundamento ſuo: qui tamen per comparationem ad generaliſſimum: qui eſt in cōmunicabilitate nature cuiuſcunqꝫ eſt ipſe ſpecialioꝛ: eſt tamen generalis per comparationem ad eum: quem conſequitur in effectu vltimato complexiui actꝰ: vt in exemplo ſuperius dato patere potuit. ¶ Ex his inferri poteſt vtiqꝫ tertium: quod intētiones quinqꝫ vniuerſalium: cum ſint ſpecies ad vniuerſale: earuꝫ vnaqueqꝫ in particulari natura eſt indiuiduuꝫ ſui ipſius vt abſtracte ⁊ in nullo fundamento determinato concepte: ⁊ hoc ꝓpter effectum vltimatum diuerſum in fundamentis in vltimata comparatiuitate atqꝫ diſtincta comparatis. ¶ Quod ſi foꝛte videatur nouū ad varium effectum fundamentoꝛum ⁊ varietatem in relationibꝰ reſultare: videat Doctoꝛem ſubtilem in tertio di. 2. q. 1. ar. 2. in fine: vbi hoc de relationibus realibus apertiſſime manifeſtat: in quibus vtiqꝫ poſſet eſſe minoꝛ ratio.

¶ Nam relationes reales entitatem conſequuntur realem exiſtentem: pꝛedicamentiqꝫ diſtincti. ¶ Relationes vero rationis: ſi quid habent: illud eſt occaſionaliter a re: quare occaſione a rebus ſumpta ſuam recipiunt entitatem. Ex his inferri pōt vtiqꝫ quod intenditur: Nullas res diuerſoꝛum pꝛedicamentoꝛum neqꝫ pꝛedicamenta ipſa in aliqua vna relatione rationis conuenire: que indiuidua non ſit ſub ſpecie ſpecialiſſima ſic ab vltimato effectu cuiuſcunqꝫ nature in vltimata comparatione denominata: quod vtiqꝫ contingit in reflexione intellectus ad foꝛmalem terminum intellectus in complexione verbali. Ex his modo clare patere item poteſt ex dictis ſecundum pꝛincipale: quod fuerat intimandum: Quid videlicet ſit ratione tantum differre. Illa enim ſunt tantum differentia ratione: que alias in vna relatione rationis conuenientia per aliam ſuperuenientem diſtrahuntur ad aliam: vt videlicet per illam aliam concipiantur quodammodo per accidens: exempli cauſa: Natura humana in eo quod ſubiecta nature animalis vbicunqꝫ ⁊ quotienſcunqꝫ ſic cōcepta figuretur: erit ipſa eadeꝫ ſibi ratione: in pꝛopoſitionibus ſignificata vocalibꝰ.

In his enim homo currit: homo eſt animal: homo eſt riſibilis: trino concepta cōfoꝛmio idemptificanda concipitur. Quod ſi vero naturam hominis a parte ſeu loco vniuerſalioꝛis expꝛeſſeris: quia foꝛte ſic compulit aliqua occaſionalitas concepiſſe: erit vtiqꝫ a ſe differens ratione tantum: quoniam per moduꝫ conſpiendi: qui alteri pꝛopꝛie iam competijt. Huius autem rei ſignum fuerit altera intentio adueniens atqꝫ aliquo modo pꝛeiens: vt paulo ante dicebatur: que illi vniuerſalioꝛi ꝓpꝛie competebat: exempli gratia: homo eſt homo: in conceptione nature hominis: vt loco vniuerſalioꝛis expꝛimitur: pꝛeibat ratio pꝛedicati: que eſt vna relatio: que pꝛopꝛie non ſtabat cum natura hominis concepta: vt fuerat ſubiectanda ſub alio: licet eidem competeret: ſi foꝛet pꝛedicanda de alio ⁊ in comparatione alterius vniuerſalioꝛ habenda. Ex his etiam licet intueri: quod idemptitas ⁊ diuerſitas rationis ſolum attenditur in actu complectendi: non in appꝛehenſione ſimplicium.

Quare ⁊ ipſum hoc licet nunc pꝛemittere ex his omnibus: quod foꝛmalizantes

ad Scotum non intendebant vtiqꝫ de relatione rationis quacunqꝫ:ſed de ea tantuꝫ
quam format intellectus collatiuus in ordine cognoſcendi. Quare ⁊ ſi ceſſent om
nia que ſupra ſtatim dicta ſunt:hoc vnum ſatis eſt:quod cum ſolum in compoſitio
ne intellectus intelligatur iſta diſtinctio vel idemptitas:non poſſunt res diſtinctio
ne aliqua reali differentes vllo modo in hac vna rationis idemptitate conuenire:
